




# **Gerardi Bucoldiani De inventione et amplificatione orationia, seu usu locorum, libri tres : Epitome in rhetoricam Ciceronis utranque**

<https://hdl.handle.net/1874/399742>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


BUTCBLPTI A NUS.  
de miret. & Ampliit. Pratoria.  
C. CULES in Rhetor. Ciceronis.  
P. MOSELLANI Progymnastica.  
I. C. S. R. II. Rhetorica.  
MELANCHTHONI Rhetorica

B. oct.  
53



724.15.000.143






Miscellanea Litteraria

Octavo n°. 53.

B. oct.  
53




MANUSCRIPTS

11

**D**icitur Ihesus noster misericordissimus  
Pater noster quoniam qui es in celis habere nomen tuum sanctum  
venire regnum tuum  
dñe dñe dñe

11  
Gloria: A filii eius aliquidum Seco  
ut libens diligit immodice  
alios. A hinc facit ete amato



worsted t.t.

~~Nettles~~

# GERARDI

BVCOLDIANI DE INVENTIO-

NE, ET AMPLIFICATIO-

ne Oratoria: seu Vsu loco-

rum, Libritres.

EPITOME IN RHETORICAM

Ciceronis utrunque. Autore

Conrado Celte.

PROGYMNASMATA PETRI

Mosellani in priuatum discipulorum

suorum usum comparata.

EORVM PERME OMNIVM,

que Rhetores in orationem uenire

adserunt ex Cicerone Index.

DRAGMATA LOCORVM TAM

Rheticorum, quam Dialecticorum, ex opti-  
mis quibusq; Autoribus de promptis. Autore

Christophero Hegendorphino.

ARGENTORATI ANNO

M. D. XXXIII.



**Primo libro Dialecticorum Rhetorumq;  
communes loci explicantur.**

*Secundo, quæ ex locis inueniendi, & amplificandi ratio sit in genere demonstratiuo.*

Tertio, ut ex locis inueniendum, et ad finem motumque animorum amplificandum sit, in genere deliberatio.

**Capitalibrorum post Prologum ponuntur.**

AMPLISSIMO PRINCIPIQ VE VIRO

inclytæ Bononiensis Reipub. Præsidi gra-

uiſſimo Franciſco Guicciardino,

Gerardus Bucoldianus

S. P. D.



VANQ VAM non iniqui ijs esse ho-  
spitibus soleamus, qui, undecunq; gen-  
tium ueniant, nos ſibi uel qualemque  
munusculo conciliare ſtudent, quod na-  
tura affert, ut bene uolentibus nobis ut-  
cissim faueamus, me tamen hospitem, hos scriptos à me de-  
Inuentione & Amplificatione orat via libros pluribus  
communicaturum, nescio quis de hominū iudicijs timor  
inuasit: ut quos ſtudiosos iuuandi, mihiq; demerendi ſtu-  
dio impulſus conſcripſerim, ædere nunc, atq; in lucem  
dare formidem. Itaq; plurimum in hoc poſitum eſſe ra-  
tus, ſi is, cui primum offeram, dedicemq; non modo di-  
gnitate, ſed & eruditione iudicioq; excellat: ut ſi quid  
meum hunc laborem ſtudioſe iuuentuti proſuturum pu-  
tet, non modò timidum ſua autoritate protegat, ſed &  
animo metum de hominum iudicijs omnem eximat. Qua-  
re equidem, dum oculos circumferens hunc quero, plures  
quidem Heroas ſummo dignitatis ſplendore florentiſi-  
mos cerno: qui uero ſummis Fortune bonis plurimaru-  
maximaruq; artuum cognitionem, ceteraq; animi pul-

## EPISTOLA

cherrima bona adiunxerat, unus uisus es Princeps prudenterissime, qui ceteros omnes multis passibus praecurris. Neq; enim insigni modo utriusq; lingue, minimeq; uulgaricognitione, quod in Principe uiro rariissimum est, te praeditum agnoscimus, sed & eundem te Iureconsultum expertissimum, historiarum scientissimum, Oratorem uero maximeq; insignem cum ceteris multis, praeclarisq; prudentiae, iustitiae, fortitudinis, modestiae, humanitatisq; uirtutibus ornatum planè admiramus. Atq; his tot tantisq; ingenij, animiq; dotibus fretus, maximis in rebus prudenter, dextreq; gerendis, ea etiam felicitate semper es cognitus, ut cū humana consilia Fortune telis obnoxia esse intelligantur, tibi haec cessisse, atq; in te, quasi nimis munatum & roxi fuisse uideatur. Itaq; cum te adres bene gerendas natura fecerit, humanitatis studia instruxerint, ratio exrcuerit, & ipsa Fortuna sola in te hostis uideri, suamq; prudentibus tuis inceptis consilijsq; felicitatem denegare noluit. Quapropter summis his spectatis in te bonis sapientissimi, maximiq; Pontifices Romani Leo & Clemens, non pace modo in recte administrandis primarijs Ecclesiæ ciuitatibus, atq; prouincijs, multis abhinc annis felicissime tua usi sunt opera, sed & difficillimis illis belli temporibus, quibus hominum temporumq; uitio, potentissimos in Reges arma sumere coacti: ubi te semper in ducendis exercitibus, rebusq; fortiter gerendis, primum consilij atq; autoritatis locum obtinere uoluerunt

## N V N C V P A T O R I A.

luerunt. Itaq; cum pace gubernandi dexteritate, nō unius  
 modo Reipub. sed totius prouinciae splendor atq; orna-  
 mentum, bello autem idem ipse rem fortiter gerendo,  
 recte q; in futurum consulendo, ad frangendos, declinan-  
 dosq; hostium impetus quasi propugnaculum, firmamen-  
 tumq; esse uideare, nō mirandum, si Clemens Pontifex  
 Maximus proximis his annis, nouo planè exemplo te, cū  
 sacerdotalibus infidis id munus debetur, ad nobilissimæ  
 potentissimæq; urbis Bononiensis gubernacula constitu-  
 erit: quibus acceptis, sic te geris, ut quamvis maximam,  
 tranquillissimam tamen, optimeq; constitutam Rempub-  
 teneas. Ita enim pro tua prudentia longius in futurū pro-  
 spicis, & nocitura declinas, ita quæ adsunt præsentia iu-  
 ste fortiter, temperanterq; administras, ut consilia quidē  
 tua, summamq; prudentiam admirari, facta autē omnia  
 laudare uel intimi cogantur. Neq; enim tuo in imperio  
 illa uolentia, tyrannisq; sed æquitas, clementiaq; non  
 fastus, & cuiusquam contemptus, sed humanitate, facili-  
 tateq; moderata grauitas: non deniq; ullius rei neglagen-  
 tia, sed summa uigilantia, diligentiaq; conspicitur. Qua-  
 re his tot, tantisq; animi tui bonis summo Pontifici sæpi-  
 us cognitis atq; perspectis, non contentus te, quanquam  
 potentissimam, pulcherrimamq; hanc Bononiensem uni-  
 cam tamen Rempublicam felicissime administrare, sed et  
 ad se uocatum, cum aliās sæpiissime magnis de momentis,  
 tum hac tempestate, dum nunc pro salute Reipub. Chri-

## E P I S T O L A

stiane cum Carolo Cæsare, nunc maximis de rebus cum  
Gallorum Rege consultat, præcipuum in consilium adhi-  
bet: ubi, quo plus cæteris præstas, meliorq; es, hoc te ma-  
gis de rebus humanis bene mereri, tue prudentiæ est, pos-  
se, iustitiæ uero etiam uelle. Iam uero cum & nobilissi-  
mum hic Bononiae gymnasium, à Theodosio optimo Im-  
peratore maximis ad id datis uectigalibus eo consilio sit  
institutum, ut hic eruditii in reliquam totam Europam mit-  
terentur, qui religionem, Rerumque pub- statum recte  
conseruarent gaudet iuuentus, te Vrbis, suiq; gymnasij  
gubernatorem, rectoremq; contigisse, quem de literis,  
rectisq; studijs optime iudicare, & bene consultum uel-  
le intelligunt. Magnum proœcto, & sanctum huius Ur-  
bis apud exteras gentes omnes nomē est: quod suos hu-  
mittant, hinc repeatant, per quos diuina, humanaq; om-  
nia recte conseruari posse confidunt. Itaq; si quid hic for-  
te lapsum sit, ex omnium uotis feceris, si cum munificen-  
tissimo Senatur rursum erigas, atq; confirmes. Nulla pro-  
œcto res est, cum honestior, tum rebus humanis magis ne-  
cessaria, quam ut literarum studia, quibus neglectis ob-  
brutescendum est, rectissime conseruentur. Videt hoc &  
Veneti prudentissimi homines: qui liberalissimis datis  
stipendijs, iuuentutis studijs optime Patauij consulunt.  
cum igitur te Princeps humanissime, & dignitate excel-  
lentissimum, & eruditione, pulcherrumisq; animi bonis  
ornatissimum, inter cæteros coryphaeum esse intelligam,  
hos

N V N C V P A T O R I A

hos à me hic Bononiae scriptos de inuentione, & amplificatione Oratoria libros, quod à me primum, qualcunq;  
sit, tractatum argumentum est, tuae amplitudini offero  
dedicoq; ut si quid pro tuo iudicio, quod exactissimum  
est, studiosis profuturo s putes, de hominum iudicijs soli=  
citum me tua autoritate protegas: sin minus, meæ tibi  
in studiosos uoluntatis testimonium existant. Feci  
mus autem qualia hospes potuit, cui nec ma  
gnalibrorum comes esse supellex,  
nec honor, præmium ue solet  
que magnas res agenti  
bus, multumq;  
defatigatis  
addere  
calcaria so=

lent: que si proba  
buntur, maiora aliquando  
nobis molienda erunt: sin minus  
argumento erunt, rectis me  
studijs bene prospe=

ctum uoluisse.

Vale.

Bononiae Calendis Ianuarij.

M. D. XXXIII.

P R O L O G V S .



V M omnium animantium solus ho-  
mo, rationis, doctrinæq; capax, lite-  
rarum beneficio, non modò animis en-  
fa stylo mandet, aliorumq; uicissim le-  
gendo intelligat, sed & de rebus diui-  
nis humanisq; recte iudicet, eos pro-  
fecto, ut de rebus humanis optime meritos, semper ma-  
gni putauit, qui hanc in animis hominum literariam indu-  
striam scriptis suis, uel qualibuscunq; aluerunt, conserua-  
runtq;. Nam cum educare foetum, querere uiictum, decli-  
nare mala, sequi bona, aliaq; id genus multa, ipsa nobis  
natura cum brutis animantibus communia esse uoluisse, et  
sola est literarum cognitio, quæ res diuinæ humanasq;  
complexa fouet, conseruatq; : qua qui animum excolue-  
runt, non secus rudibus præstare hominibus, quam ipsi  
subinde brutis antecellere, suo iure creduntur. Cæterum  
in dandis, cum & aliarum artium, tum maxime rhetori-  
ces preceptis, tot, tantiq; diligentes extiterūt, ut qui post  
hos ad scribendum se contulerunt, quia nihil ferè, nisi in-  
de sumptum, aliena subinde fide traderent, partim consi-  
lio, quod compendio suo uiam iuuentutis sternere ad ipsos  
autores uoluerunt, partim solo iuandi studio, uolunta-  
teq; potius, quam ipsa opera, laudem meruisse uidentur.  
Itaq; omnem hactenus operam in docendo collocans, aut  
interpretandis, aut scholijs utcunq; illustrandis classicis  
auctoribus, quos potui, iuu: tenuissemq; hunc cursum lu-  
benter

P R O L O G V S .

Benter, nisi iuuandi studio impulsus, ea me allaturum in  
præsentia putarē, quæ nō tam ab alijs ex professo tradita  
uiderem, quām profutura quidem, si quis recte tractet,  
intelligerem. Utinam onus hoc, quod in humeros grauiſſi  
mum suscepi, tam ad finem perferre possem, quām mul-  
tos iuuare ex animo cuperem. Quod si ex uoto minus  
succedit, hic tamen, qualiscunq; meus labor, argumento  
erit, humanitatis studijs ex animo me bene consultum uo-  
luisse. Scripturus igitur de locis, & quæ sit ex his, in uno  
quoq; cauſarum, seu potius rhetorices genere inueniente-  
di, amplificandiq; ratio: ostensurisq; ex paucis numero  
locis, omnia ad faciēdam fidem, amplificandū, affectusq;  
mouendos, deniq; ad omnem orationis ornatum, uene-  
resq; trahi. Quod dum ago, & apparebit, qui quibus in  
rhetorices generibus autores uersantes, alij simul ad fi-  
dem, exornandumq; ut rhetores, alij ad delectandū mo-  
do, amplificandumq; ut heroici uates, historicīq;, ex pau-  
cis admodum, ijsdemq; ex locis omnia duxerint. Atq; hic  
quidem inuitus de Inuentione scribo, quam à multis, cla-  
risq; autoribus traditam video. Verum cum ita natura  
comparatum sit, ut ijsdem ex locis, & ad fidem, & ad am-  
plificandum ducantur omnia, licebit mihi omnium pace,  
ea coniuncta tradere, quæ natura iuncta, seungi nulla ra-  
tione possunt: in quo tamen & operam dabo, ut quantā  
potero, & his rebus lucem adferam. Primum igitur lo-  
cos explicando sumo: deinde horum usum in uno quoq;

P R O L O G V S.

rhetorices genere trado. Quām autem non modō iucu-  
dum studioſo, ſed & maxime neceſſarium fit, uidere in  
claſſicis autoribus, atq; adeo in omni genere ſcriptorum  
rerum tam diuinarum, quām humanarum, que ad pro-  
bandum, que ad delectandum ſolum dirigantur, quid  
ſplendide: copioſeq; fit dictū, quid cōtra breuiter, atq; ie-  
nūe: & cū tria ſint dicēdi genera, q ſublimi illo, omniq;  
amplificandi ratione ſint uſi, qui mediocri, qui demū hu-  
mili, ſubtili q; quotidiano ſermoni proximo, quis Deū im-  
mortalem tam nullius iudicij, qui non uideat? Si quidem  
cū neceſſium fit, quicunq; feliciter in ſtudijs literarū uer-  
ſari, fructūq; aliquē demū ferre uolet, rectiſime ut de au-  
toribus iudicet, optimēq; imitetur: is profecto toto coelo  
errat, omnemq; ludit operā, qui, cū nihil horum in auto-  
ribus aliena præſertim lingua loquutus ſpectet, recte ta-  
men ſe iudicaturū, imitaturumq; putet: non hercle ſecus,  
q ſi quis rudis colorū, rationumq; omniū ducendi lineaſ,  
uifa probe depicteda imagine, ſimile ſtatim corpus penicil-  
lo adumbrandum temerē uiciptiat. Evidē hic, dum dili-  
gentius apud animū expendo, in primis in autoribus hæc  
effe ſpectanda, neminem, tam Græcorū, q Latinorū, imo  
ne eorū quidē, qui in Poētas, historicosq; cōmentarios edi-  
derūt, aut obiter indicasse, aut ex professo tradidiffe, mi-  
rari potius duū, q certā cauſam reddere, mihi poſſe uide-  
or. Iam uero uates ipſos heroicōs, historicosq; inſignio-  
res, omni genere eloquentie uſos, omnibusq; modis rhe-  
toricatos

## PROLOGVS.

toricatos esse, quis negabit? quantum ijs Cicero? quantū  
Fabius tribuit? qui futuro Rhetori, ab Homero & Ver-  
gilio incipiendum esse præcipit, ut ijs, qui in omni genere  
eloquentiae clarissimi existant: quantū, cū Græcis multis  
historiographis, tū ex nostris Livio, & Sallustio? illum  
copiosum, hūc breue esse: illū lactea eloquentie fonte ma-  
nantem supra q̄ dici potest eloquentē, hunc mirabili uelo-  
citate, quæ uoluit breuissime explicantē. Quæ cū ita esse  
summi ipsi Rhetores scriptū reliquerint, nullamq; tamē  
in ijs amplificandi uiam indicārint, me multū admirantē,  
causamq; indagantē, ipsa demū cō deducit ratio, ut cre-  
dam illos, qui cōmentaria in autores scripserūt, ea modō,  
quæ ad grammaticen, rerumq; sententiā pertinerent, ex-  
pliçanda sumpsisse: cetera ab Oratoribus petenda esse  
uoluisse. Oratores uero, circa ciuiles solū quæstiones oc-  
cupatos, locoruſ uſum, amplificandiq; rationē, ceteris in  
autoribus ostendere, sui muneris esse nō putasse. Quanq;  
interim minime nego, dari posse, qui diligenter introspe-  
ctis Rhetorū scriptis, hanc in Poëtis, historicisq; ampli-  
ficationē, quibusq; ex locis petita copia sit, uideant: uerū  
id, ut leuiter dicā, nō segnis erit ingenij, nec cuiusuis le-  
ctoris. Quæ cū ita sint, quo rectius de aliorum scriptis  
iudicemus, nostrumq; stylū exerceamus, ostendā in singu-  
lis rhetorices generibus, grauiſſimisq; autoribus, omnia  
ex paucis numero locis ad fidem, amplificandū, motusq;  
animorū, deniq; ad omnē ornatū, quo incrementū capiē

## P R O L O G V S.

oratio, quas figuras uocant, petita esse. Evidem non tantum meis hic uiribus tribuo, ut non sentiam grauissimum onus in humeros suscepisse: intelligamque; undecunq; doctissimos, eloquentissimosque; huius seculi homines, felicissime quidem hanc rem tractare potuisse: meoque; labori cōfiliuisse: quos cū grauiora forte occupatos teneant, uicit certe meū hic multos iuuandi, demerendique; studiū, ut hūc laborem subierim. Siquidem nō me fugit, pauciores, qui studia sequuntur, in iis recte uersari: alios, et hos quidē haud parū multos, quia nihil huiusmodi per se spectare in autoribus possunt, nec à professoribus suis accipiunt, male collocare bonas horas: alios, qui tā feliciores erūt, nonnulla quidem audire, sed ita, ut tenebras sibi magis offundi, quam lucem admoueri putent. Itaque; horū studijs, ut quantum in meis uiribus possum cōset consulerem, simulque; meis auditoribus, quos in Germania reliqui, quo in præsentia possem absens gratificarer, huc sum progressus: remique; perdifficilem, et mihi quidem non necessariam, tractandam suscepi. Quod si doctoribus hic minus satisficerem uidebor, Mercurium sibi à me adhuc rudem, et utcunq; figuratum, propositum esse ad expoliendum putabunt: ceterorum, iudicij uitio, animique; morbo labrantium calumniam, non plus apud me ualuisse ad deterrendum, quam candidorum, studiosorumque; profectū ad suscipiendum, uideri uolui.

F I N I S.

Vnde

## CAPITA PRIMI LIBRI.

Vnde tria rhetorices genera cadant, & cur ita vocentur.	pagina 1
Omnia ad fidem amplificandumq; in unoquoq; genere ex locis peti.	pag. 4
Locorum divisione in internos & circumstantes.	7
Internorum locorum explicatio.	8
Exactior definitionis expositio que per omnes locos ducitur.	10
Loci à partibus explicatio.	14
Loci ab etymologia vocabuli explicatio.	18
Quæ per metaphoram definiendis ratio.	ibid.
Deducitur per reliquos omnes locos definitio-	20
Locorum qui proxime rem circumstant, & primum loci à coniugatis explicatio.	25
Locorum à genere & specie expositio.	26
Similitudinis & dissimilitudinis explicatio.	27
Contrariorum explicatio.	32
Adiuncitorum explicatio.	ibid.
Testimoniorum explicatio.	35
Antecedentium, consequentium, repugnantiumq; explicatio, quæ per omnes ducuntur locos.	37
Caussarum & euentorum explicatio.	41
Comparationis expositio.	43
Omnes ad unum locum unde manant referri posse, & cur diuersa nomina sumant.	45
Quid genus demonstratum, & quæ huius cum ceteris cognatio sit.	49

## CAPITA SECUNDI LIBRI.

- Cerlaudari seu uituperari oportere. 50
- Res omnes generis quæ cernantur tangantur ue seu intellectu comprehendantur laudari aut uituperari. 51
- Qui hoc in genere autores uersentur. 52
- Quæ laudari oporteat uituperariue, ex uno adiuncto=rum loco sumi. 53
- Quæ ab adiunctis inuenta ceteris ex locis amplificandi ratio sit: & primum in hominis encomio patriæ laus per locos dicitur. 54
- Divisio studiorum factorumq; patriæ in sua uirtutum ge=nera 55
- Primum prudentiæ factum per locos dicitur. 56
- Secundum prudentiæ factum ex locis amplificatur. 57
- Tertium & postremum prudentiæ factum. 58
- Genus hominis ut ex locis sit extendendum. 59
- Parentum laus per locos dicitur. 60
- Laus hominis à fortunis per locos dicitur, 61
- Quæ corporis bona in homine ex locis amplificandi ra=tio sit. 62
- Quæ ratio animi bona ex locis amplificandi. 63
- Vt ea ex locis agenda, quæ post mortem acciderunt. 64
- Eadē quæ laudandi et uituperandi hominis ratio. 65
- Quæ urbes ex locis copiose laudandi ratio. 66
- Vrbis laus à conditore, per locos dicitur. 67
- Vrbis laus ab ijs, que huic simul tempore coniuncta, & primū ab aëris temperie per locos dicitur. 68
- Lauſ

## CAPITA SECUNDI LIBRI.

Laus urbis ab agris, fluminibus, publicis item munitio=	
nibus, tectis, ipsisq; ciubus, per locos ducitur.	97
Quæ facta ex locis copiose laudandi sit ratio.	99
Exemplū facta ex locis amplificandi apd' Ciceronē.	104
Exemplum res ex locis amplificandi apud T. Liuium hi=	
storicum, breuiterq; easdem explicandi.	105
Nullis non ex locis heroicos uates augere.	110
Eadem uituperandi quæ laudandi ratio.	112
De dispositione ipsoq; exordio & unde locorum summa=	
tur	112
De narratione, & cur Homerus & Maro à fine narrat=	
re coepiunt.	121
De confirmatione & epilogo.	122
De eloquitione seu exornatione.	123
De perficitate ipsaq; periodo.	124
De numeris & pedibus in oratione seruandis.	128
De figuris quæ duo in genera uerborum & sententiarū	
sparguntur.	132
De uerborum figuris.	133
De figuris sententiarum, quibusq; ex locis adant.	138
Quid loci communes, & unde cadant.	143
Quid affectus, quot genera, & unde ducatur.	152
De tribus dicendi generibus: & qui quo in genere auto=	
res uersentur.	158
De actione & memoria.	162
Quid genus suasoriū, et q; hoc in genere uersantur.	165

## CAPITA LIBRI TERTII.

- Divisio & explicatio eorum que suaderi seu contra dis-  
suaderi oporteat. 166
- Quae suadentur aut dissuadentur ab adiunctis quidem  
non male, sed potius à causarum & eventorum loco  
sumi posse. 169
- Quae ab adiunctis seu causis inuenta, ad maiorem ani-  
morum motum ceteris ex locis amplificandi sit ratio:  
& primum honestum per locos ducitur. 172
- Vtilia ut ex locis extendantur. 179
- Necessarium ut per locos ducendum. 180
- Possibilitas ut ex locis sit amplificanda. 182
- Exemplum copiose ex locis suadendi apud Ciceronem  
pro lege Manilia. 183
- Exemplum ut in petendo ex locis sit amplificandum, to=   
taq; apud Ouidium Penelopes epistola, quibus ex lo=   
cis sit sumpta. 192
- Exemplum copiose ex locis dissuadendi apud Titum  
Liuum. 202
- De dispositione & exordio. 213
- De narratione, & propositione: & quibus illa sumatur  
ex locis. 214
- De confirmatione. 215
- De epilogo. 216
- De eloquitione seu exornatione. ibid.

F I N I S.

GERARDI  
BVKOLDIANI DE INVENTIONE  
ET AMPLIFICATIONE  
ORATORIA  
LIB. I.

VNDE TRIA RHETORICES GE-  
nera cadant, & cur ita uocentur.

CAP. I.

**R**EVVM I GITVR OMNIVM  
de quibus copiose, bruit erue dicturi  
scripturiue sumus, aut præteritum,  
aut instans, aut futurū est tempus: un  
de tria cauſarum, seu potius rhetori-  
ces genera cadunt. Nam ea que præ-  
terierunt, atq; instant, modò laudamus, mođò uituperam-  
mus: unde ab ipsa laude, genus Laudatium, seu Demon-  
stratum dicitur. Que uero futura sunt, cupimusq;, seu  
nolumus fieri, suademus, aut dissuademus: unde genus  
hoc Suasorum uocatur. Rursum s̄pē numero in iudicio  
& ipsa præterita iam accusamus, iam defendimus: tertia-  
umq; id genus iudiciale nominatur: ubi ea, que fieri non  
oportuerat, facta criminamur. Verum ne hoc cum supe-  
riori genere miscetur, ubi que hic accusari, laudari præ-  
terita diximus, discernenda hac diligenter erunt. Præ-

GERARDI BVK. DE INVENT.

terita igitur omnia, aut certa sunt, aut controversa, dubiaq; illa pro cuiusq; arbitrio, interim laudantur, interim uituperantur, hæc iudicū sententijs dijudicanda committuntur. Quæ cum ita sint, perspicuum est, tria esse diversar rhetorices genera, in quibus certe singulis tota uersatur rhetorica. Atqui Ciceronem, & hunc secutum Fabium rhetorū maximos, hæc tria cauſarū potius, quam rhetorices genera uocasse, remq; latissime patentē, tam paruis circumscripsisse terminis, hoc magis miror, quod hos ipsos, omnia, de quibus dici posse, intra horum triū generum complexum uenire, ipsumq; oratorem de rebus omnibus copiose, splendideq; dicere posse, affirmarint. Quam uero alterum late pateat, alterum angustis notatum sit finibus, ut omnino eluceat, quid ipso cauſarū nomine acceperint, debeatq; indicandum est. Putarunt mulieri oratorem nulla de re, nisi de qua quereretur, dicere posse. Questionum uero duo esse genera, pāsim & Cicerō scriptum reliquit: alterum infinitum, nullis personarum, locorum, temporūm uecircumstantijs notatū, quod Græci θέσις, ipse Propositum, & Consultationem uocauit: alterum rebus, personis, temporibusq; finitū, Causam, & Controversiam appellavit: illi ὑπόθεσις. Constituit igitur tria hæc genera in questionibus, & quidem definiti: uoluitq; cauſarū genera, hoc est, definitarum questionum, dici: quod ipsum cum in Topicis, tum ad Quintum fratrem perspicue docet. Iam uero cum in confessio

fesso sit, omnia in h.e.c tria incidere, sinitq; duo questionū genera, cur non tam consultationum, quam caussarū di- cenda sunt genera? Quod si hic respondeatur, ut nō θεοί p. θέσις complecti, ut species genus, quod omnino negari non potest, tamen extra controuersiā est, in infinitis que- stionibus, totam ita se penumero uersari orationē, ut ad certarum personarum rerūm complexum non descen datur. Nisi uero quis non putet iustitiam, innocentiam, modestiam, alias q; id genus uirtutes, summis laudibus re ste uehi posse, quin, quorū uirtutes, uitiāue sint notetur. Quid? ne caussarum quidem, & iuxta consultationum, quod est, tam definitarum, quam infinitarum questionū haec genera recte dicas. An non uel Ciceronis, Fabijq; te stimonio, multis de rebus dicit orator, que questionem omnino habent nullam? An non certorum hominum per spectas uirtutes, cognitaq; preclare facta, tum urbiū cer tarum, portuum locorumq; diuulgatam celebritatem ci tra questionem, omnemq; controuersiam, copiosa, splen didaq; oratione extollam? Neq; enim laus ferè contentio nem habere solet. Itaq; Menander rhetor, cuius de partiōne rerum laudabilium in genere demonstratio scri ptū extat, quas oratores laudes adpellassent, ciuiliū certa minū conflictū potius esse putandum, his uerbis disputat ὁ επιδειξις λόγων πολιτικῶν οἱ σολεῖσαι καὶ λόγου μενοι ποιῶντες, μελέτην διγόνων τὰν φραμένην, διηγήσις, Cum igitur nostris, Gracisq; concedenti-

bus, multa sunt ijs in generibus, quæ questionem nullam habent, hæc tria, non caffarum, sed potius rhetorices genera cū Aristotele uocemus. Is enim ijs in libris quos ex professo hac ipsa de re conscripsit, tria hæc, επιστήμης κόρη, συμβολὴ λέξεων, δικαινοποίησις, sed ἡ ἐντοπίκη γένη uocantur: quod tribus in ijs, ipsa certe uer saretur rhetorica. Quod ut magis probē, ijs ipsis quas dixi causis adducor. Quare cū summo uiro, cōtra summos sentiens, hæc admonēda, liberaq; iudicaturis in medio po nenda putauit: ut pro suo quisq; arbitrio, quemadmodū uellet appellaret. Evidem ne rerum uis ipso nomine ur geretur, melibic officij esse duxi, quid mihi uideretur, al ijsq; placuisse, non disimulare. Patiar sane, cum præser tum et Græci hic sibi non conscient, atq; hæc tria interim πολιτείας λόγων genera uocent, nostros hic defendi: nec ita male caffarum genera appellaſſe: quod rhetor um olim ingenia, in ciuilibus causis, cōventionibusq; uel solis prope modum defudarint: modò intelligamus, lati us hæc patere, nullamq; ſepe questionem habere.

## OMNIA AD FIDEM AMPLIFI-

candumq; in unoquoq; genere ex locis

peti. CAP. II.

**C**um igitur præterita, instantia, futuraq; atq; adeo omnia in hæc tria rhetorices genera incidat, sintq; generales quidam, communesq; dialecticorum, rhetor umq; loci in quoquis genere dicturis, scripturisue argu menta,

## ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. I. 5

menta, rerumq; copiam administrantes, cognito genere,  
nostriq; consilij scopo, quem primum spectandum esse,  
ipsa nobis ratio præscribit, ipsis ex locis ad fidem, copi-  
amq; orationis inueniendum est. Inuenienda autem sunt,  
et res, et uerba. Verū in rebus proprie inuenire, in uer-  
bis eloquì dicitur. Nam res, nescio quo pacto et uerborū  
suppellectilem secum ferant: et quasi in se inclusam offe-  
rant. Quare de rerum inuentione, de quibus proprie in-  
uenire dicitur, dicendum est: quod ad uerba attinet, que  
non tam rerum copiam suppeditant, quam ipsam signifi-  
cant, suo loco dicemus. Cum igitur generales quidam lo-  
ci, dialecticorum disputationibus, rhetoricesq; generibus  
omnibus seruant, de ijs primum dicendum: ut appareat,  
que singulis in generibus, classicorumq; autorū scriptis,  
sive ad fidem posita sint, sive ad amplificandum, delectan-  
dumq; sive deniq; ad motum animorū, ornatumque, quo  
corpus orationis augeatur, hinc sumpta esse, et hoc re-  
ferti posse. Utinam hic natura rerum pateretur, ut rem,  
quod pictores faciunt, ob oculos ponere possem, et non  
animorum profundis cogitationibus, sensibusq; seruire.  
Nam aut nulla ars est, aut haec certe ars, præceptaq; ma-  
xime putanda. Quid enim magis admirabile, magis hu-  
manum propemodum excedat captum, quam paucis nu-  
mero locis, quasi à natura datis sedibus, uniuersas res, de  
quibus dici, scribi, cogitari deniq; possit contineri? Hinc  
dialecticos ductis argumentis uel inuitis fidem facere:

GERARDI BVK. DE INVENT.

hinc oratores sumptis rerum ponderibus copiosa splen-  
didaq; oratione, nunc uolentes ducere, nunc nolentes, re-  
pugnantesq; in suam sententiam pertrahere: hinc poë-  
tas, ducta rerum ad amplificandum copia, non tam nar-  
rare, quam res quasi ob oculos depictas dare, omnibusq;  
modis delectare: hinc historicos sumere, quo inter expo-  
nendum res gestas ita augeant, illustrentq; omnia, ut ua-  
riè lectoris animum afficiant, pascantq; deniq; omnes  
omnis generis autores, omnia his locis acceptū referre?  
Hæc autem uidere, quanta res est? quam ad iudicandum  
imitandumq; necessaria, non in generalibus modò illis  
linguis, Græca, Latinaq; studijsq; grauioribus, sed &  
uernacula nostra dicturis plura aut scripturis? Vbi-  
cunq; enim perpetua, longioreq; oratione utendum est,  
siue concionator nunc in diuorum laudem diutius, nunc  
ad fidem faciendam probabilius plura sis dicturus: siue  
senator, et ad multitudinem mouendam dicturus orator  
ueneris, ijs rebus instructus si accedas, quod uoles felici-  
ter efficies. Quod si plerosq; uidemus, uel in uernacula  
sua lingua, quod hæc ignorant, male suum obire munus,  
cui dubium esse possit, eos omnem lusuros operam, qui  
cum nihil horum ne à limine quidem salutarint, in alienis  
tamen linguis, magniq; nominis autoribus, recte se uersa-  
tuos credant? Cæterum ut locorum saltē nomina, nu-  
merumq; scire parum est, ita horū usum nosse, omniaq;  
hinc, nunc ad fidē, nunc ad amplificandū, exornandumq;

certam

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. I.

certam sumendirationem tenere, id ipsumq; in diuersis rerum scriptoribus spectare, meo quidem iudicio magni putandas est. In quo equidem, quantum in meis positū est uiribus, enītā sedulō, ut explicatoria pluraq; tradendo, studiosos mihi demerear. Sequar porro in tradendis locis Ciceronem: quod hunc potissimum iudicio in imitandis Græcis usum, breuiſſimè omnes, multi in locis, nō tam ferè explicasse, quām enumerasse intelligo: tantum abest, ut amplificandirationem in omnibus rhetoriciis generibus, diuersisq; autoribus hinc petendam esse docuerit. Quin etiam dedita opera, nihil nonnullorum exemplo aut mutando, aut addendo, ijsdem quibus ille, nominibus utar. Siquidem uisitatis uerbis, generatimq; hæc tradenda sunt: quod certe per species ire, natura rerum nomine patiatur: quod qui facere cœperunt, Fabij iudicio duo simul mala incurserunt, ut & nimium dicerent, nee tamen totum. Verum quod ad me attinet, ita tamē hic me geram, ut nec Ciceronis, aut ullius mihi autoritas magis præscripsisse, ac ipsa rerum natura uideatur.

LOCORVM DIVISIO IN INTER-  
nos & circumstantes. CAP. III.

**L**Ocorum igitur, qui scdes sunt argumentorum, ar-  
gumenta uero, probabilitia inuenta, ad faciendum si-  
dem, alij in ea ipsa re, de qua agitur, hærent, fixiçq; sunt:  
alij circa hanc sunt, proximeq; quasi circumstant: ut qui  
bus ea desident, latentq;, quæ eam ipsam ad rem, de qua

8 GERARDI BVK. DE INVENT.

agitur, quodammodo sunt affecta. In ipsare inclusi loci sunt, definitio totius, partium enumeratio, uerbi notatio, que à Græcis ἐπιμολογία dicitur. Qui circa rem sunt, proximeq; banc circumstant, sunt cōnūgata, genus, species, quam formam Cicero dicere mauult. similitudo, dissimilitudo, contrarium, adiuncta, quibus testimonia item subiçio, antecedentia, consequentia, repugnantia, causa, effecta, & comparata.

INTERNORVM LOCORVM

explanatio. CAP. IIII.

**D**efinitione res tota quid sit explicatur. Omnia porro, que in dubium vocata, definitione sunt explicanda, aut res sunt, quæ cerni, tangiue possunt, ut homo, pecus, ciuitas, mons, flumē, aut que ipso solum intellectu percipiuntur, ut iustitia, temperantia, ira, odium, tutela, aliaq; id genus innumera. Ut homo est animal rationale & sibile. Iustitia est constans, & perpetua uoluntas, ius suum unicuiq; tribuens. Sic Iustinianus, & ante hunc Vlpianus iureconsultus definiuit. Verum cū constantiam, perpetuitatemq; magis ad iustitiam, quæ semper sui similis est, quam ad animorū habitus, uoluntatesq; referas, quæ pro re, & tempore fluxæ, suiq; dissimiles existunt fere, siq; in omnibus recte factis iustitia, maliq; interim recte faciant, in hanc sententiam forte tutius definias. Iustitia est animi uirtus, qua rectum quod est, in omnibus fit. Hic & suam cuiq; rem, dignitatemq;, ium pœnam scelerato tribuis

tribuis. Per partes item, totum quid sit, explicamus: ut, urbs est ædium priuatarum frequentia, plateis discrimi-  
nata, portis, fossis, moenibusq; circummutata. Rhetorice  
est recte inueniendi, et disponendi, et eloquendi, cū fir-  
ma memoria, et cum dignitate actionis scientia. Quin  
et definimus uocabuli etymologia, ut, Iupiter est dictus,  
quod iuuans sit pater. Philosophus est sapientiae amator.  
Iustitium est iuris statio. Hæc et superiora in argumen-  
tum uertere, omnibus procul dubio in proclivi est: ut, Si  
Iupiter dictus, quod iuuans sit pater, perdere neminem  
debet. Si philosophus sapientiae est amator, non ut sophi-  
sta nugarum erit admirator. Si iustitium iuris est statio,  
Prætor per id tempus, non ius dicet. Verum multo plura  
sunt definiendi genera: quod cum Cicero nō inficias eat,  
miror equidem, duo hæc, à partibus, et uerbi notatione  
definitioni adieciisse: reliqua non persequutum: aut hæc  
persequi, aut illa omittere, ipsaq; definitione complecti  
potuisset. Adde uocabuli ἔτυμολογία, et coniugata,  
recte in adiutorum, seu caussarum locum coniisci po-  
tuisse. A caussis namq; est, primum Deorum, louem dictū,  
quod iuuans sit pater: et philosophum, quod sapientiae  
sit amator. Iustum item dici, qui iuste fecisset, quod à con-  
iugatis est, in caussa sunt recte facta: unde, dum homines  
metimur, nomen hoc tribuimus. Sic item quod compascu-  
um est, compascere licere, à coniugatis quidem est, sed et  
idem à caussis. Quintiā similitudo, dissimilitudo, et con-

trarium, commode in comparationis locum referantur. Neq; enim hæc minus, quam maiora, minora, pariaq;, conferuntur, comparanturq;. Antecedentia item, consequentia, repugnantia, per omnes locos sparguntur: omniumq; naturam induunt: quod suo ostendetur loco. Quare hinc ducta argumenta, ex cæterorum locorum aliquo deprompta esse, conuincas. Hæc à me eò dici, nemo suspicabitur, quod præscriptum à Cicerone locorum numerū hic magis criminer, quam admoneam, ne, si in rhetorices generibus, ubi ex his locis generalibus omnia, & ad fidem, & ad amplificandum, petenda esse ostendam, illorum, quos ad sylos ueluti fontes remisi, mentionem forte perinde, ac aliorum tam crebro non fecero, negligi quam à me, usumq; minus indicari, quisquam arbitretur. Nihil autem uetat, cur non generales magis locos, in sua ueluti membra, ad unam, eandemq; rem ubiq;, commodi usq; inuestigandam suò iure spargeret: quemadmodum plures eodem tendentes saepe sterni vias uidemus, ut si nō hac lubet, alia uia eodem perueniatur.

EXACTIOR DEFINITIONIS EX-  
positio, quæ per omnes locos ducitur.

CAP. V.

**C**um igitur plures definiendi sint rationes, adeo, ut ex singulis, quod ostendemus, enumeratis locis definiamus, siq; magni negotij recte definire, tum potissima dialectices pars, quam poterimus diligentissime hanc hanc

hanc rem excutiamus. In præceptis est, extraq; omnem  
controversiam, definitionem, quæ firmissima esse debeat,  
ex genere & differentijs constare: subiiciuntq; pleriq;  
omnes definitioni genus, speciem, differentiam, & pro-  
prium. Cicero quanquam genus, & speciem, quam for-  
mam dici mauult, sciungat, atq; inter eos locos ponat, qui  
rem ipsam, totumq; quod definiatur proxime circumstent,  
in partitionibus tamen idem, his uerbis docet. Non dubi-  
um est id quidē, quin definitio genere declaretur, & pro-  
prietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex  
quibus proprium quid sit, eluceat. In eandem sententiam,  
quanquam mutatis uerbis, & in topicis disputat. Ceterū  
hoc à plerisq; uariat, quod proprij uocabulo et differen-  
tiam complectatur. Idem eodem in libro, cū à toto, à par-  
tibus, à uerbi diuisione q; definiri docuisset, plures præ-  
terea uias, rationesq; definiendi esse non dissimulat; sed  
quia ad sui libri institutum minus pertinere putaret, non  
est persequutus. Porro in partitionibus, cum genere &  
proprietate quadam definiendum esse præcepisset, subi-  
cit, quoniam de proprijs oriatur sape magna dissentio,  
definiendum esse, sape ex contrarijs: sape etiam ex dissimili-  
bus: sape ex partibus: tum per descriptionē: per con-  
sequentiū enumerationem, uocabuliq; explicationem.  
Hæc quidem docet, sed nulla quibus declarasset, exempla  
adiecit. Mihi quidem rationem ducem sequeti, locorumq;  
num introspicienti, omnibus ex locis definiri commode

■ GERARDI BVK. DE INVENT.

posse, haud dubie uidetur: nullamq; nisi ex locis petitā, definitionem esse putandam. Siquidem si mihi omnū pāce in uniuersum dicere licebit, nulli dubiæ rei, nisi ductis ex locis argumentis fidem fieri, definiendæ item rei, quæ inuoluta, perplexaq; est, ex locis accedat necessum est, quo quid ipsa sit, eluceat. Neq; enim res ulla, quæ dubia, perplexaq; est, per se explicari potest, ut dicam, homo est homo: uirtus est uirtus: sed, aut ex genere, & differentijs, aut alijs ex locis id præstetur oportet. Quod aut em ipsa definitio locus, & recte quidem primus omnium consensu dicatur, inde est, quodd uera nusquam ulla inueniatur, quæ non ex locis desumpserit, quo totum ipsum quid sit, explicet. H.ec ut patescant, ad locos redeundum est: definitioq; per singulos ducenda: quod dum fit, in quos & à Cicerone diuersis in locis indicatæ explicandi formulæ recidunt, apparebit. Felicissime igitur omnium consensu, genere, & differentia, proprioq; definimus. Genus Cicero uocat notionem, ad plures differentias pertinentem. Vulgo id temporis scholæ, id esse dicunt, quod de pluribus differentibus specie, in quid est prædicatur. Differentiam autē id, quo res ab alijs rebus maxime differat, secernaturq;: ut, quia homo animal sit rationale, hoc ipso à reliquis animantibus potissimum secluditur. Proprium alijs aliter dici uolunt. Cicero profecto, quod & mihi probatur, ea omnia propria dici uult, quo & differentiam complectitur, quæ rei definiendæ ita peculiariiter

liariter, aut insunt, aut accidunt, ut ijs ipsis, ceteris à rebus maxime differre, atq; distare uideatur: ut in homine ratio, risusq; ea sunt, quibus à reliquis animantibus maxime se distinguunt. Definitio igitur hominis ex genere, & differentijs, atq; adeo proprijs, quæ certissima habetur, hæc est. Homo est animal: hic animal genus est: & quam homo totus, quantus quantus est, aliud nihil, quam animal sit: tamen, cum id commune habeat cum equo, leone, ceterisq; brutis, quæ animalia sunt, addā necessum est, ea, quæ propria homini sunt: dicamq; homo est animal rationale. Hic hoc ipso, quod ratione præditum dicco, à brutis secludo: idq; satis erit. Sed quia una, eademq; res plura sæpe propria habet, adiici potest, risibile & mortale. Ceterum quæ cuiusq; rei propria sint, non senser elucet, definimus itaq; sæpe à partibus, sæpe ab adiunctis, sæpe à uero nominis. Ut si hominem id esse dicamus, quod capite, humeris, manibus, pectore, uentre, cruribus pedibusq; constet. Ab adiunctis erit, si hominem à creatore, qui extra hominis substantiam est, quod suo loco pertinet, definiamus: dicamusq; hominem id esse, quod Deus creauit, rationeq; præ ceteris animantibus imbuit, ut se agnosceret, coleretq;. A uero nominis erit, si hominem humo, que terra est, natum animal dicamus. Verum & ceteris ex locis omnibus definiri potest, quod mox ostensur i sumus. Atqui cum non modo quæ cerni, demonstrari possunt, genere & differentijs, seu proprijs, quod

idem haberi uolo definiamus, sed & ea, que intellectu comprehenduntur, exemplo res demonstretur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpetuio. Hic genus est susceptio, & perpetuio, reliqua sunt differentiae. Penelope Ouidiana amorem definitum rem esse plenam solliciti tumoris: sic illa, Res est sollicitus, plena tumoris amor. Catilina apud Sallustium ueram dixit amicitiam esse, idem uelle, atq; idem nolle. Hic genus est uelle, ac nolle, idem, autem differentia. Hic in primis danda est opera, uero ut genere, & differentijs, quantu modo fieri potest, utamur. Haec de primo præcipuoq; de finitionis loco, quæ genere & differentijs, atq; adeo pro prijs declaratur.

### LOCI A PARTIBVS EXPLI- CATIO. CAP. VI.

**S**equitur autem locus à partibus. Partium enumeratio rem explicamus, cū ipsa in re, differentia, propriumq; ut in homine ratio risusq; aut non eluceat, aut omnino non reperiatur. Ut domum si definiendam suscipio, in qua nihil reperio, qua potissimum differre rebus cæteris uideri posset, definitam ab ijs, quibus constructa sit partibus: dicamq; id esse, quod fundamento, parietibus, tabulatis, tectisq; constet. Sic & ciuitatem priuatum et diuum frequentiam esse, plateis discriminatam, portis, mœnibus, fossisq; circumimitatam. Definimus et per partitionem ea, quæ non cernuntur, tanguntur, sed intellectu

Collectu ipso cognoscuntur. Ut ius civile est, quod in legibus, senatus consultis, rebus iudicatis, iurisperitorum autoritate, edictis magistratuum, more, & equitate consistit. Huc pertinet & diuisio: per hanc ita definias. Animal est substantia, que uel sensitantum, uel sensu & ratione nitaatur. Amplitudo est, aut potentie, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Porro diuisio est eadem per omnia cum partitione: nisi quod illa sit totius, hoc est generis in species, haec totius in partes discreto: quemadmodum iam uidimus domum in suas partes, urbemque, in suas, nempe aedes, plateas, portas, moenia, fossasque partitam esse. Fabius de diuisione ita dicit: Diuisio est rerum plurium in singulas: partitio singularum in partes, discretus ordo, & recta quedam collocatio, prioribus sequentia annexens. Locus hic plurimum commune habet cum superiore, adeo, ut unus idemque haberi ferè possit. Nam quid interest, siue totum ab ipsis, quae ipsi propria insunt definitam, dicamque, hominem animal esse rationale, mortale: Siue à partibus, quibus totum est compositum, & dicam, hominem esse id, quod capite, humeris, manibus, uentre, cruribus, pedibusque constat. Quem admodum ibi, hoc ipso, quod hominem animal rationale, & mortale dico, quae differentiae sunt, ueluti è turba animalium omnis generis eripio, solumque constituo: ita hic, partes enumerando, caput, humeros, manus, & cetera quae differentiae erunt, & propria hominis, idem praesto.

Verum hoc quis interesse putet, quod genus hic, cum non tam manifestū, ut supra appareat, omnino desideretur: qua in opinione Boëtium suisse, scripto in Topica Ciceronis commentario, minus certe probo. Etenim absurdā per omnia definitio hinc erit, prætermisso genere, ut dicam, caput, humeri, manus, pedes, &c. cetera, sunt homo. Siquidem abscissa haec suo toto, sciunctaque, atque diversis in locis posita uideri possunt. Quare et hic semper, aut tacita uis generis, aut ipsum esse expressum. Equidem ne nimis fore existimo, qui inficias eat, perinde esse, siue dicam, Homo est quod constat capite, humeris, reliquisque enumerandis partibus, siue dicam, homo est animal, quod constat capite, humeris, &c. cetera. Eadem ratio est, et in ijs à partibus definiendis, que intellectu comprehenduntur. Nemo dicit, inuentio, dispositio, eloquio, adiutorio et memoria sunt rhetorica: sed rhetorica est inueniendi, disponendi, eloquendi cum actione, similiisque memoria scientia: ubi genus planè expressum est. Quod si quis urgeat, nullum hic genus uideri: ideoque diversum esse locum à superiore, qui genere et differentijs constet semper, queram, si quod licet ita definiam: homo est quod ratione predictum est, mortaliisque obnoxium, quem in locum, cum non ex partibus definitio sit, hanc coniugiet? Quod si superioris loci esse dixerit, ut certe est, aut genus adesse, aut et ibi sine genere definiri fatebitur. Natura ita comparatum est, ut undecimque locorum, potest

poteſt autem ex omnibus, petita definitio ſit, ſemper, aut genus expreſſum, aut tacitam huius uim inclusam habeat. Petita eſt contrariorum ex loco definitio hæc: Virtus eſt fuga uitiorum: ſed & eadem ex genere, & differentia. Fuga namq; genus eſt: uitiorum autem differentia. Dies eſt ſolis cursus ſupra hemiſphæriū noſtrū: ſum pta hæc à cauſarum loco definitio eſt. Nam lucis cauſa eſt ſolis cursus ſupra hemiſphæriū noſtrū. Sed & hic genus eſt cursus, ſolis autem differentia: & cum noctu etiam feratur, noſtriq; Antipodibus luceat, neceſſario et altera adiſciebatur differentia, ſupra noſtrū hemiſphæriū. Adde & hanc à partibus definitionem, & illam ex genere & differentijs ſuperiorem, ex uno, eodemq; trahi adiunctorum loco: ſed hanc ſemper, illam ſepiuſ. Cæterum in medio pono, ſiue quis unum, eundemq; hunc, cū ſuperiore, ſiue diuerſum locū arbitretur. Non equidem diſſiteor, paulo aliam à partibus, aliam à genere, & differentijs definiendi rationem in ſpeciem uideri poſſe: ſed idem intelligo, non magis hic, quam ſupra genus abeſſe: plurimasq; præterea, nunc à ſimiſi, nunc à contrario, nunc à cauſis, deniq; ex alijs alijsq; locis, definiendi formulas eſſe. quas cum ſuperiore definitionis loco, quia nō attigit, ſit complexus Cicero, huius certe ſoliuſ à partibus loci, cum & etymologia in ſuos locos recidat, ſe iungendi, non ita magna mihi uifa eſt cauſa.

88 GERARDI BK. DE INVENT.

LOCI AB ETYMOLOGIA VOCABULI  
cabuli explicatio. CAP. VII.

**T**ertium definiendi locum esse uoluit Cicero, vocabuli etymologiam, quando ex ipsa uocabuli interpretatione definimus. Atqui cum uel ipsa luce magis sit perspicuum, aliud ipsam esse substantiam, aliud nomen, quo ipsa significetur, inter eos locos hunc potius constitutendum cum Agricola puto, qui extra ipsam sunt, proximeque circumstant. Locauit autem hunc Agricola inter accidentia, quae Cicero adiutorum loco complectitur, quod rebus alijs, alio modo nomina accident: ut eum, qui iam natus sit ampliores possessiones, à locorum copia locupletem, à pecorum pecuniosum dicamus. Atq; id quidem negari non potest, posse inter accidentia, siue adiuncta, qui idem locus est, locari. Verum cum ita natura comparatum sit, ut nunquam ferè à ui uocabuli definiamus, nisi simul causa inditi nominis aperiatur, malui, ut supra indicaui, in causarum, quam adiutorum locum rei cere. Nam Musam, si deam inquisitricem esse dicam, ἐπει τὸ μαιομαι, seu μῶ, quod est, inquirō, causam certe inditi nominis in definiendo aperiam necessum est: Sic & Ceres à gerendis frugibus Dea, quasi geras dicitur: & iustitium, iuris statio, tempus id, quo prætor ius dicere prohibetur.

QVAE PER METAPHORAM DEFINIENDIRATIO. CAP. VIII.

Nihil

**N**ihil quod ad definiendi locos à Cicerone præscripsit attinet restat, nisi quod ex per metaphoram definiri interim doceat: cui cum locum propriū non constituerit, nos in quem recidat, utiq; per hanc definiatur. paucis perstringamus. Metaphora est, quā nostri translationem uocant, qua uera uocabuli significatio transferitur in suam cognatam: ut florem etatis, pro uiuida optimamq; etate dicimus. Definimus per metaphoram loco generis, adieclā differentia, ut mors est occasus uitæ, pro terminus uitæ: hic genus est occasus, uitæ uero differentia. Sēpe etiam per plures accumulatas metaphoras: ut Antonius apud Ciceronem: Historia uero, inquit, est testis temporum, lux ueritatis, uita memorie, magistra uitæ, nuncia uetus statis. Nihil interest, inter hanc, & superiorē illam definitionē, quæ genere & differentijs constat, nisi quod ibi genus suam propriam, genuinamq; significationē, hic uero metaphoricam, cognatamq; sumat. Quare & superiorē illum definitionis locum iuxte sibi uendicat. Porrò pœisis frequētū in usu est: cecinit ille: Mors ultima linea rerum, pro finis rerum. Hac de tribus illis ipsa in re fixis definiendi locis, toto, partibus, etymologia: de quibus quid iudicem, nondiſimulauit. Partes cum toto idem uideri posse putauit: unamq; & eandē à toto, & partibus definiendi rationem esse, quæ genere & differentijs constet. Etymologiam uero in caſtarum locum reieci: quod qui minus probat, stomachari non

debet, quod eo ordine, quo Cicero descripsit, & me tradiisse intelligat.

## DEDUCITVR PER RELIQ VOS

omnes locos definitio. CAP. IX.

**N**unc subinde, quod polliciti sumus, ducamus definitiōnēm per reliquos omnes locos: ostendamusq; non solum ex ijs, qui in toto defixi sunt, sed & ex ijs omnibus, qui extra id sunt, proximeq; circumstant, definitiōnes sumi. Vocauimus autem Ciceronis exemplo, has explicatas definitiōes rationes, locos ipsa in re defixos: quam ex locis, uel rem ipsam circumstantibus magis su=mant, quo totū ipsum, quid sit, explicant. Nam definitio ex genere, & differentijs, partiumq; enumeratione, ab adiunctis ferē sumitur. Verum cum adiuncta latius pateant, & pleraq; ab re longius obſistant, has definitiones, quae aut ab ijs, quae rei, totiōq; suo propria insunt, acciduntq; aut partes, membraue sunt sumuntur, quod ita proxime toti suo adh̄erentia, adiunctaq; sint, ut unum idemq; uideri possint, locos sanè cum Cicerone, ipsa in re positos, fixosq; potius uocemus, quam quicquam immutemus: modò tamen intelligamus, libiores definitiones sepius, ac nescio an ſepiſſime, & ceteris ex locis omnibus, rem circumstantibus, duci. Ordine igitur eo ipſo, quo enumerati sunt, breuiter definiemus: poste auero ad principium reuertemur: ordineq; rursum ſingulos, quantiū ad nos: um institutum attinet, & explicabimus, & argu-

menta

menta inde ducendi rationem indicabimus. Primus itaq;  
eorum, qui extra rem positi sunt, locus est coniugatorū:  
hinc ita definias. Si iustitia est animi uirtus, & iusta facta  
ea sunt, quæ ex animi uirtute proficiscuntur. A genere  
ita: Si quicquid auri, argentiq; terra effoditur, malorū  
irritamentum est, & signata pecunia malorum erit irri-  
tamentum. A specie: Homo est, qui ratione duce, ex præ-  
teritis, præsentibusq; longius sibi in futurum prospicit:  
ergo animal est, quod ratione præditum est. Possimus &  
aliter ijs ex locis definire, ut à genere per diuisionem ad  
species descendamus, & econuerso, à specie ad genus  
ascendamus: quas quia definiendi formulas cognouimus,  
nihil attinet hic repeterere. A simili definitio eiusmodi est.  
Si patrem enecare parricidium est, & matrem occidere  
parricidium erit. Si continentia animi uirtus est, erit &  
abstinentia. A dissimili, quam Cicero differentiam uocat.  
Non si letitia animi bonum est, & uoluptas animi bonū  
erit. A contrarijs: Virtus est uitium fugere, & sapientia  
prima, Stultitia caruisse. Adjuncta sequuntur, quæ ut la-  
tissime patent, maximeq; sunt obvia, ita hinc oratores, et  
poëtæ, reliquiq; omnis generis autores særpiissime defini-  
unt: qui non ieiunc, per genus, & differentiā solum, mo-  
re dialecticorum, sed fusi rem explicare, magisq; com-  
munem ad captum loqui student. Huius generis est, si ho-  
minem, ut supra indicauimus, à creatore suo definiam.  
Eadem ratione, & equum ab homine licet, dicamq; est.

## 22 GERARDI BVK. DE INVENT.

quem homo suum ad usum alat, nunc ad equitandum, nunc  
ad arandum, sarcinasq; ferendum. Hinc item erit, si ab  
ijs definitam, que rei definitandæ, aut accident, aut ab ipsa  
fiant, aganturq; : ut, lupus terrestris animal est, forma,  
magnitudineq; paulò maiore canina, ex raptu ferè peco-  
rum uitā trahens. Iustitia est uirtus, quæ homines in offi-  
cio retinet, ne alter alteri suū eripiat. Quod si forte plu-  
ra in definiendo sumantur, descriptio appellatur: quo de-  
finiendi genere, sæpe autores utuntur. Itaq; Vergilius, cū  
et alia multa, Famam hoc ex loco copiosissime depinxit  
bis uerbis:

Fama, malum, quo non aliud uelocius ullum:  
Mobilitate uiget: uiresq; acquirit cundo:  
Parua metu primo: mox sese attollit in auras:  
Ingrediturq; solo: et caput inter nubila condit.  
Illam terra parens, ira irritata Deorum,  
Extremam, ut perhibent, Cœo, Enceladoq; sororem  
Progenuit, pedibus celerem, et pernicibus alis,  
Monstrū horrendū, ingēs: cui, quot sunt corpore plumæ,  
Tot uigiles oculi subter, mirabile dictu,  
Tot linguae, totidem ora sonant: tot subrigit aures.  
Nocte uolat cœli medio, terræq; per umbram,  
Stridens: nec dulci declinat lumina somno.  
Lucc sedet custos, aut summi culmine tecti,  
Turribus aut altis: et magnas territat urbes,  
Tam ficti, prauiq; tenax, quam nunci ueri.

Hac

Hæc porrò omnia ab adiunctis sunt petita: ut quæ partim, aut accidentia Famae, aut agat ipsa, temporis, loci, adiecta mentione. Accidunt autem, malum esse uelociissimum, mobilitate uigere, in eundo uires acquirere, primo paruam metu, deinde incrementum sumere, & ad nubila usq; caput erigere, matre terra ultimo partu editam sororem Cœo, Enceladoq; gigantibus, celerem pedibus, pernicibusq; alis monstru, horrendum, ingens, cui, quot plumæ, totidem uigiles oculi, ora, auresq; essent. Que uero agat ipsa, ubi recte temporis, loci, sit metio, ea sunt. Nocte hanc per æra, umbrasq; cum sonitu uolare, nec unquam somnum capere: die uero ipso, custodem sedere in summis aut tectis, aut turribus, magnasq; urbes territare, tam falsa, quam uera nunciando. Omnia hæc, ut dicimus, ab adiunctis sunt petita: id quod in explicando hoc loco, infra patefiet. Est & illud hinc sumptum, siue eiusdem, siue alterius sit:

Liuor, tabificum malis uenenum:

Intactis uorat ossibus medullas &c.

Ab ijs, que agit, ipse definitur liuor. Naso item inuidiam, solisq; regiam, cum & alia multa, descriptis, Regia solis erat, sublimibus alta columnis:

Clara micante auro: flamasq; imitante pyropo. &c.

Verum passim hæc obvia sunt. Quid multa? hic ille est locus, qui non modò in definiendo, sed & amplificando, omnibus autoribus, & maxime poëtis, non tam calamū,

quam penicillum ministrat: ut res, non tam scribant, quam depictas ob oculos ponant. Sequuntur antecedentia, consequentia, et repugnantia. Horum ea est natura, ut per omnes fermè locos deducantur: singulorumque naturam induant: quod suo dicetur loco. Ab antecedentibus ita definias: si homo est, in quo ratio, risusque intelligatur, et animal erit, quod ratione, risusque sit praeditum. Cæterum cum Cicero hunc locum dialecticorum proprium esse uoluerit, hunc in modum, magis arcte, atque dialectice, quod illi probatur, definias. Ab antecedentibus: si iustitia est, uirtus animi est suum cuique tribuens: sed iustitia est, uirtus igitur animi est suum cuique tribuens. A consequentiis: si iustitia est, uirtus animi est suum cuique tribuens: sed uirtus animi est suum cuique tribuens, iustitia igitur est. A repugnantibus: Virtus est placidis abstinuisse bonis. Sequuntur causae et effecta: a causis ita: Literæ humiores sunt, quæ homines ciuiliores, rerumque humanarū prudentiores reddunt. Maximus Deorum, Iupiter dictus, quod mortalibus iuuans sit pater. Ab effectis, domus est, que exirecta est ad inhabitandum, aduersus tempestates, omnesque aeris iniurias. Dies est solis cursus, supra haec mispherium nostrum. Postremus locus est comparationis, ubi maiora ex minoribus, minora ex maioribus, parvia ex paribus confirmantur. A maiori: si omne animal est substantia, erit et homo. A minori: si furtum scelus est, et sacrilegium scelus erit. A pari: si abstinentia est uirtus,

uirtus, erit et continentia. Hæc de definiendi ratione: quibus utcunq; declaratum esse puto, non solum ijs ex locis, qui toti ipsi, reiq; de qua agitur inhærent, nempe generere, differentijs, partiumq; enumeratione definiri, sed et ex ijs omnibus, qui totum ipsum proxime contingunt: unde, si non semper, sepiissime tamen grauiissimi quiq; autores definiunt. Nam dum uariando delectare student, constrictam illam dialecticorum, quanquam certam, unicam tamen ieiunamq; definiendi formulam, quasi seruitutem, que ad certa uerba astringat, oderunt. Neq; hercle video, cum præsertim positum id, in vulgari usu intellegamus, cur minus ad cuiusq; arbitrium licet rem, modo breuiter, modo copiose, aliter atq; aliter, quid ipsa sit explicare. Quare, cū omni dubiae rei, atq; adeò definienda, ex locis ijs adducatur oporiet, quo fides fiat, nulla iam cuiusquam incident definitio, que non in aliquem horum recidat. Hoc porrò animaduertendum, omnes definitiones naturaliter ab adjunctis duci, que rebus omnibus, de quibus agitur, adhærent maxime: fieri q; ut cum hic locus in ceteros conuertatur, quod suo ostendetur loco, genus simul, differetiae q; per plures sparsæ uideātur.

LOCORVM Q VI PROXIME REM  
circumstant, et primum loci à coniugatis  
explicatio. CAP. X.

**R**estat igitur, ut cum hactenus de definitione diximus, ad locos hos ipsos, extra rem positos, reuer-

tamur, paucisq; & cuiusq; uim, naturamq;, & inde argumenta ducendi rationē indicemus. Primus ordine coniugatorum locus est. Sunt autem coniugata, uerba eiusdem generis uarie inflexa, ut homo, humanus, humaniter: iustus, iustitia, iuste: sapiens, sapientia, sapiēter &c. Hinc Terentianus ille trimetro hoc ita argumentatur: Homo sum, humani nihil alienū à me puto. Homo namq; & humanum, coniugata coniunctāq; uerba sunt. Sic itē iustum credi oportere, qui iuste fecisset, & compascere licere, si ager sit compascuus, et humanum esse mortem timere, cum homo sit mortal is, eiusdem generis sunt. Fabius, nisi Ciceronem usum wideret, locum hunc ridiculum putat. Negari hoc certe non potest, quod supra diximus, reijsi commode in adiectorum, seu potius caussarum locum posse: quod & Fabium sensisse uidemus, qui inter caussas, quibus adiccat, huius loci mentionem fecit. Verū & hic seorsum tradatur, cum uel plures uias unius inuestigande rei, nihil uetus monstrari.

### LOCORVM A GENERE ET SPECIE EXPOSITIO. CAP. XI.

**G**enus, qui locus sequitur, quid sit, supra diximus. Habet porrò parum uirium ad probandam speciem: ad refellendam autem plurimū. Neq; enim necessum est, si arborem esse dicas, nucem esse oportere. Hinc ita argumentum ducas: Si nulla uirius est, ne temperantia quidem erit. Si nullus est magistratus, nec erit cōsulatus.

Quod

Quod si uocabulum omne generi adiiciatur, quod Cicero fecit, omnes species complectaris necessum est: ut, si omne argentum mulieri legatum est, & signata pecunia legata erit. Si omnes artes conseruari Reipub. interest, & rhetorice conseruari Reipub. interfuerit. A specie item, quam formam Cicero appellare mauult, argumentum trahitur. Hanc idem notionem esse dicit, cuius differentia, ad caput generis, & quasi fontem referri potest. Habet autem firmam generis probationem, infirmam refutationem: ut, si homo est, animal est: si rhetorice est, bene dicendi ars est: si temperantia est, iuris est.

### SIMILITUDINIS ET DISSIMILITUDINIS explicatio. CAP. XII.

**S**imilitudinem, qui locus sequitur, in comparationis locum commode referri posse diximus: sed & hanc ut nonnulla alia, seorsum tradi nihil uerat. Est autem similitudo, rerum similiuum collatio. Hinc saepe nuc ad faciendam fidem argumenta sumuntur, nunc, ut ferè poëtæ faciunt, ad augendum, illustrandumq; copia. Cicero pro L. Muræna, accommodatissima una atq; altera similitudine argumenti loco usus contra Catonem, contendente preter decorum fieri, Consulem Ciceronem, legisq; ambitus autorem, L. Murænam consulem designatum, ambitus reum, defendendum suscipere. Quod si inquit, in his rebus repetendis, que mancipij sunt, is periculum iudicij prestare debet, qui se nexus obligauit, profecto etiam re-

etius in iudicio COSS. designati, is potissimum consul, qui consulem declaravit, auctor beneficij populi Romani, defensorq; periculi esse debet. Et paulò infra: Quod si portu soluentibus, ij, qui iam in portum ex alto inuehunc tur, precipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum, quod natura affert, ut eis fauemus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur, quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in huc cui video maximas Reipub. tempestates esse subeundas? Ex hoc loco Poëta, sepius ad amplificandum, illustrandumq; quam probandum, copiam petunt: id uno exemplo monstrari, cum innumeris posset, sit satis Maro, cum infelicem congressum Daretis cum Entello in singulare certamen magis enucleare uellet, eiusmodi usus est similitudine:

Stat grauis Entellus, nisiq; immotus eodem,  
Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit.  
Ille, uelut celsam oppugnat qui molibus urbem,  
Aut montana sedet circum castella sub armis,  
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemq; pererrat  
Arte locum: & uarijs assultibus irritus urget.  
Duo autem similitudinis genera esse Cicero docet: alter  
um, quo unum uni comparatur, ut iam ostendimus, alterum, quo ex pluribus collationibus aliquò peruenitur: ut,  
si tutor fidem præstare debet, si socius, si cui mandaris, si  
qui

qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Quineti  
am exempla ex hoc ipso petuntur loco. Vt us hinc sumpto  
exemplo Cicero, cum alibi passim, tum pro lege Manilia,  
ubi Mithridatis fugam, cum Medeae ante eodem in loco  
fuga confert: & sparsa à Medea fratriis membra, cum  
Mithridatis relicto auro atq; argento. Primum, inquit,  
ex suo regno, sic Mithridates profugit, ut ex eodem pon  
to Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædi  
cant in fuga, fratriis sui membra, in his locis, qua se parēs  
persequeretur, dissipauisse: ut eorum collectio dispersa,  
mœrorq; patrius, celeritatem persequendi retardaret:  
sic Mithridates fugiens, maximam uim auri, atq; argen  
ti, pulcherrimarumq; rerum omnium, quas & à maiori  
bus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia dire  
ptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reli  
quit. Huc & parabola pertinet: quæ est remotior, lon  
giusq; petita similitudo. Hic equidem miror Agricolam,  
hominem ut leuiter dicam, & ingeniosum, & eruditum,  
de hoc loco scrupulosius, quam utilius differuisse: adeoq;  
à Cicerone, reliquisq; dissensisse, ut quæ illi similia uoca  
rint, uideri omnino non posse putarit. Non enim similitu  
dinem uideri, sed comparisonem, si duo, aut plura in ali  
quo tertio, quod utrisq; sit commune, conserantur. Vt, si  
Catoni licuit sequi bellum ciuile, & Ciceroni licuisse se  
qui: ubi sequi bellum ciuile, ambobus esset commune. Si  
milia uero putanda, non quæ in tertio aliquo, quod ambo

bus commune esset, iungantur, sed suam singula naturā, uimq; collata ostendant: quod eo docuit exemplo. Quem admodum uascula oris angusti, super fusam humoris reſpiunt copiam, sensim autem instillantibus replentur, sic tenera puerorum ingenia, grandia non percipiunt, modi ca, & uiribus suis apta, cōmodius addiscunt. Hic ut paucis dicam, nulla profecto mihi uisa est cauſa, similia arctius contrahendi: atq; à Cicerone diſſentiendi. Nam pri mun illud exemplum, comparationem dici posse, nemo negat: sed, cum cōparatio latissime pateat, sitq; similitudo huius quaedam species, idem illud exemplum, & simile cum Ciccrone, alijsq; uocare nihil impedit. Diſſimilitudo sequitur, quam Cicero differentiam uocat. Est autem diſſimilitudo, rerum repugnans similitudo: ut, Brutus occidit liberos proditionem molientes, Manlius uirtutem filij morte mulctauit. Mire hinc auxit Cicero corpus orationis pro Muræna: ubi Seruij Sulpitij iureconsulti, & L. Murenæ imperatoris diſsimilia studia confert. Vigilas, inquit, tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas: ille, ut eō, quō intendit, mature cū exercitu perueniat: te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caues, ne tui cōſultores, ille, ne urbes aut castra capiantur: ille tenet & ſcit, ut hostiū copie, tu ut aquæ pluiae arceantur: ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in regendis.

contr-

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. I.

38

CONTRARIORVM EXPLI-  
CATIO. CAP. XIII.

**A** Contrariis item argumenta trahimus. Sunt autem contraria, ea, quae secum è diametro pugnant: quo uel ipso, satis apparet, quid inter hunc, & superiorem in ter sit locum. Dissimilia namque sunt, atque adeò differentia, quae inter se differant: minusque modo conueniant. Contraria uero, quae sibi maxime aduersa, atque opposita intelleguntur: ut, iuuit, ergo non nocuit. Marcellus ornamen ta Syracusanis hostibus restituit: Verres eadem sociis abstulit.

ADIVNCTORVM EXPLI-  
CATIO. CAP. XIV.

**A** Diunctorum locus sequitur, qui ut latissime patet, ita maximam autoribus rerum copiam suppeditat. Sunt autem diuncta, quae ipsi rei, de qua agitur ( siue corporeas, cernique, atque tangi possit, ut homo, equus, adam, ciuitas, siue solo intellectu comprehendatur, ut cedes, matrimonium, iustitia) proxime adiacent, cohaerentique. In homine, cui præ ceteris animantibus, rebusque plura adiacent, acciduntque, primū ea spectanda uidentur, quae in animo posita sunt: quod genus sunt, aut uirtutes, ut prudētia, iustitia, tēperantia, fortitudo, religio, pietas, modestia, benevolentia, & contraria ijs uitia. Aut artes omnis generis, ut grammatica, rhetorica, musica, physiologia, medicina, iurisprudentia, pictura, fullonia, agricultu-

tura, militia, alieq; id genus multæ, quæ partim cognitio  
nis, partim actionis sunt. Aut affectus ipsi, tā mali, quam  
boni, ut amor, desiderium, gaudium, spes, misericordia,  
ira, odium, inuidia, & cetera. Huc deniq; omnes animi co  
gitationes, iudicia, consiliaq; pertinēt. Istiusmodi ferè in  
animo: in corpore uero spectantur, etas, forma, ualeu  
do bona, seu aduersa, fatus, famæ, somnus, uigilia, pallor  
ex metu, rubor ex pudore, &c. Iam uero omnes actus hu  
ius loci sunt, ut scribere, dicere, bellare, ædificare, bibe  
re, dormire, & id genus innumera alia: quare sua cuiq;  
dicta, factaq; sunt adiuncta. Sunt item adiuncta, non ho  
mini modò, sed & ceteris rebus omnibus, locus, & tem  
pus. Neq; enim fieri potest, ut quicquam extra locū, tem  
pusq; consistat. Hinc firmissima sepe petuntur argumen  
ta: ut si eum, qui quid male fecisset, diuerso in loco id tem  
poris fusse cōuincas. A loci natura, cum p̄ssim, tum pro  
Milone Cicero argumenta duxit. Quin etiam ijs anima  
randa, quæ personis nō ita ex proximo, ut ferè hactenus  
dicta, sed ex magis longinquο adiacent: ut coniunx, libe  
ri, parentes, patria, & quæ à Fortuna obtingunt bona,  
res familiaris, ædium, agrorum, pecorumq; possessiones.  
Hæc ferè sunt, aut his similia, quæ personis sunt adiuncta:  
unde & quæ ceteris animalibus adiaceant, facile colli  
gi potest: ut in magnete uis attrahendi, in adamante, fu  
gandi ferri conspicitur. Animaduertendum autem, locū  
hunc, non solum tria complecti tempora, præterritum,  
presens,

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. I. 33

præsens, & futurum, ut si à præteritis dictis, factisq; à  
præsentibus item copijs, atq; facultatibus, tum à futuris  
commodis, aliquem ad honeste faciendum, magnasq; res  
consequendas adhorteris, sed & in ijs, quæ præterierūt,  
quosdam temporū gradus, atq; interualla: nempe quod  
anteceſſit: simul extitit: & insequeſtum fuit. Ut si quem  
uita defunctum laudandum ſuscipias, primum commode  
ab ijs, quæ tempore anteceſſerūt, nempe natione, patria,  
parentibusq; commendes: deinde ab ijs, quæ cū eo ſimilis  
tempore exciterunt, fortunæ, corporis, animi q; bonis,  
quibus recte ſit uſus: poſtremo ea prædices, quæ demor  
tuo ad honorem, & nominis gloriam acciderunt. Factis  
etiam, rebusq; quæ non tam cernuntur, quam intellectu  
comprehenduntur, et in iudicium ueniunt, adiuncta ſunt  
ea omnia, quæ has ipſas antecedunt, ſimilis ſunt, & ſubſe  
quuntur. Rem porro anteceſſerūt, apparatus, colloquia,  
locus, conſtitutum coniuuum, et ſimilia. Cum re ſunt, pe  
dum strepitus, murmur, hominum umbræ, & his ſimilia.  
Poſt rem uero, rubor, pallor, titubatio, cruentus gladius,  
& id genus alia facti ſigna. Cicero, quia hunc locum præ  
cipue ad coniecturales cauſas, quæ in iudicium ueniunt,  
pertinere putauit, ea breuiter, dilucideq; indicauit, quæ  
ad facti coniecturam pertinerent: nos ſimilis & quæ in re  
liquis generibus hinc ſumi poſſunt, utcunq; aperuimus.  
Quare uſum huius loci, quanquā alibi ſuo loco uſius de  
clarabimus, hic tamē, quis in unoquoq; genere ſit, paucis

obiter perstringamus. In laude igitur, aut contra uituperio, ubi non tam adprobandum, quam delectandum exornandumque oratio suscipitur, mirabilis hinc rerum copia dicitur: dum hominem, qui ferre laudandus suscipi solet, primum a patria, a parentibus, amicisque laudes: dein de, si is ordo placet, aliis namque atque aliis esse potest, quas opes consequutus sit: tum corporis bona attingas, rorbur corporis, formam, staturamque: postremo ad animi bona, quae in primis laudem merentur, peruenias: que ut multae et variae sunt, aliisque in aliis, ita nemini hic oratione esse potest. Ab his animi bonis Cicero Pompeium laudando, suavitatibus Quiritibus, cum potissimum Mithridatico bello ducem esse praeficiendum: ubi laus in suasione uera est. Quod si forte hic ordo minus placet, licet primum animi virtutes laudandas suscipias, deinde ad corporis, postremo ad Fortune bona peruenias. Copia haec omnis ab adjunctis dicitur: que ex comparationis loco, aliisque mirabiliter augeri potest. In suadendo autem, ubi argumentis res agitur, ad preclarare aliquid faciendum aliquem adhorteris a patre, parentumque expectatione: ab ipsis fortiter ante dictis, recteque factis: ab aetate, corporis robore, facultatibus, amicorumque opera: tu a nominis gloria, et comodis, que sit consequiturus. Nam uero causis conjecturalibus, que in forum ueniunt, familiaris admodum hic locus est. Ut si forte cedes facta sit, ab iis, que eadem antecesserunt, simul fuerint, postque secuta sunt, percussorem

cussorem prodas. Antecedentia sunt, inimicitias eum cum imperfecto gesissi, saepeq; iurgatum, atq; mortem minatum esse. Cum re coniuncta sunt, auditum clamorem esse, atq; imperfectoris nomen saepius incusatum. Post insecurae sunt, solum cum ex eo ipso loco, ubi cædes facta fuit, gladio, uestibusq; sanguine confpersis uenisse: & appellatio de cæde, palluisse, fugamq; quæfuisse. Quæ omnia, & his similia, hinc ducta, ut singula parum, ut i plura congesta, plurimum ad probandum virium habent, ac penè nullum dubium relinquent. Rodolphus Agricola adiuncta in sex aut septem locos distractarunt: Mili profecto nouandi hic alè quid nulla uisa est caufsa, cum præsertim & teste Fabio, hec magis secari citra obscuritatem, natura rerum non patiatur: & apud illum, non modò res distractæ, quæ natura coniunctæ erant, sed ne ipsa quidem locorum nomina, ita magnam præ se differentiam ferunt. Quare, quæ ille adiacentia, contingentia, connexa, actus, locum uem & tempus uocat, nos cum Cicerone adiuncta uocamus.

### TESTIMONIORVM EXPLI- CATIO. CAP. XV.

**A**diunctis nos quidem et testimonia adieccimus: quæ Cicero extra rem posita, longeq; distincta, extrinsecus assumi dixit. Sunt autem testimonia, diuina & humana. Diuina nunc recte Salvatoris nostri, Prophetarum, Euangelistarū, Apostolorumq; dicta, scriptaq; uocemus: unde sumpta argumenta, suo iure plurimum us

animis Christianorum ualebunt. Humana autem sunt, au-  
toritate præstantium virorum dicta, iussaque, testata, scri-  
pta, ut leges, instrumenta, iurata, promissa, pacta, quæsti-  
onibus expressa, rumores, aliaque; id genus. Hæc omnia  
esse huius loci ab adiunctis, non minus, quam superiora  
illa, nemo mediocris iudicij inficias eat. Nam iurata, testa-  
ta, promissa, denique, omnia dicta, scriptaque, suis de rebus,  
ad quas referri possunt, scripta, dictaque esse necessum est.  
Sic et Euangelia, Apostolorumque scripta, ad Christianos  
sunt referenda. Quod autem Cicero locoru numero hæc  
exemerit, atque arte carere dixerit, nulla alia cauſsa est, ni  
ſi quod hæc orator, non ita ut superiora inueniat, sed  
cauſsa secum adferat: quemadmodum Cicero, Archiam  
poëtam, ciuem Romanum esse, non tam argumentis à se  
inuentis, quam amplissimorum hominum testimonio pro-  
bat. Quæ cauſsa fuit, cur et Aristoteles testimonia mis-  
sive acceperit, hoc est, inartificiales probationes voca-  
rit: quæ Fabius, et interdu Cicero sequuti, eodem pacto  
appellarunt. Quare, cum testimonia per omnia eadē sint  
cum adiunctis, non propterea sciungenda putauit, quod  
non tam orator inuenire, quam cauſsa secum ferre uideat  
tur: cum præsertim, et suam inuentionem habeant, sum  
maque; arte tractari uelint. Adde, quod in laude et uitu-  
perio, inter testimonia, et adiuncta omnino nihil inters-  
est: quin tam inde, quam hinc suscepit amorem laudes, seu  
uituperes.

Antece

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. I. 37  
ANTECEDENTIVM, CONSEQUEN  
tium, repugnantiumq; explicatio: quæ per  
omnes ducuntur locos. CAP. XVI.

**S**equuntur antecedentia, consequentia, & repugnan-  
tia: de his, quot autores, tot diuersæ sententiae. Cice-  
ro in topicis hunc locum dialecticorum proprium dicit:  
longe q; ab adiunctis esse diuersum: quod adiuncta non  
semper, cōsequenta uero semper eueniant. Fabius Quin-  
tilianus antecedentium non meminit: consequentia autē  
adiunctus copulat, esse q; interim naturæ, interim tempore-  
ris dicit. Repugnantia uero eiusmodi exemplo indicat, ut  
quò à contrarijs differant, plane nescias. Agricola, qui  
proxime hanc rem ex professo tractauit, antecedentia,  
consequentiaq; temporum ordine uult esse distinguenda:  
minime q; peculiares locos habenda: quod sparsa per o-  
mnes inueniantur; nullumq; hinc, nisi ex alijs locis ductū,  
sumatur argumentum: accommodatissime autem natu-  
ræ, proprietatiq; contingentium accedere posse. Cum igit  
tur alij aliter hæc tradiderint, in re quidem obscura, sed  
eadem utili, quantum in nobis est, demus operam, lunen  
ut ijs uel qualemq; adferatur. Quod si igitur Ciceronē  
sequamur, necessum est, totum hunc locum cum Boëtio,  
qui in Ciceronis Topica scripsit conditionalem esse dicta-  
mus: argumentumq; ab antecedenti duci, si proponas ali-  
quid, & quod hoc ipsum, quod proponis, sequatur, dein-  
de ad antecedens redcas, atq; concludas: ut sit ab antece-

denti. Si homo est, animal est, sed homo est, ergo et animal. Si peperit, cum uiro co*cubuit*, sed peperit, quare cu*m* uiro co*cubuit*. Hic proponis aliquid, et quod inde sequitur: nempe, si homo est, animal est: deinde ad id, quod proposuisti, redi*s*, atq*ue* concludi*s*: sed homo est, ergo et animal. A consequenti uero argumentari, si quid proposu*n*as, et quod inde sequatur, deinde hoc ipsum, quod sequitur, iterum sumas, atq*ue* concludas: ut si peperit, cu*m* ui*r*o concubuit: sed non cum uiro concubuit, ergo ne peperit quidem. Hic Agricola non tam locos Ciceron*e*, quam potius certas quasdam argumentandi formulas prescripsi*s*, meo quidem iudicio non male disputat. Siquid*e* ex locis quod dicitur, statim quas uires habet ostendit, citra ullam, quam hic uidemus legem, nunc conclusio*n*em, nuc*an*tecedens repetendi. Porr*o* Fabius, uir acerrimi iudici*i*, ade*c*o ha*c* seruitutem non probauit, ut ne meminerit quidem: dicatq*ue* consequentia, quo nomine et antecedentia complecti uidetur, nunc natur*e*, nunc temporis esse. Quid*e* an non ipse Cicero, qui in Topicis ha*c* nihil commune habere cu*m* adiunctis disputat, de oratore ad Quin*tum* fratrem, ea consequentia esse exemplo declarat, que ipsam rem sequuntur sunt adiuncta signa? Quare huius p*re*ce nobis licebit, rem late patentem, no*n* arctius, quam ipsa postulet contrahere. Sunt igitur antecedentia, consequentia*que*, sparsa per omnes locos, partim natur*e*, partim temporis sunt. Natur*e* autem uocamus ea antecedentia, con-

tia, consequentiaq; in quibus temporis gradus, que ipsa  
 præ se ferunt nomina, non deprehenditur: sed positis an-  
 tecendentibus, naturaliter consequens sequatur. Que hu-  
 ius generis sunt, ab omnibus locis trahas. A definitione,  
 que generis & differentijs constat, atq; adeò ab adjunctis  
 petitur. Si homo est animal rationale, turpem uoluptatem  
 non sequitur. Si iustitia est uirtus suum cuiq; tribuens, re-  
 ste à bonis iudicandum est. Si perfidia est malum, non est  
 fallendum. A partibus: Res est que fundamento, parieti-  
 bus, tabulatis, tectisq; constat, ergo domus est. A uero nomi-  
 nis: Iupiter est iuuans pater, ergo mortales iuuat, et no-  
 perdit. A coniugatis: Compascuus ager est, quare com-  
 pascere licebit. A genere: Nulla arbor est, ergo nec pla-  
 tanus: nulla ars, quare nerhetorica quidem. A specie:  
 Si homo est, animal est: si dies est, lux est. A simili: Si pa-  
 tri pietas debetur, debebitur & matri. A contrario: Si  
 iniquitas malum, & equitas bonum erit. Ab adjunctis, non  
 omnibus, sed ijs, que citra temporis ordinem, cum ipsa  
 remaxime iuncta sunt, coherentq; ut, si homo est, ani-  
 mal risibile est: palluit, ergo timuit. A causis item, que  
 nullum temporis interuallum habent: ut, sol fertur supra  
 nostrum hemisphaerium, quare dies est. Ab effectis: Dies  
 est, ergo sol fertur supra hemisphaerium nostrum. Sic &  
 comparata tibi hæc suppeditent. Possint autem magna  
 ex parte conuerti: quam causam nonnullis fuisse pu-  
 o, sur hæc antecedentia, & que hic naturaliter sequuntur,

uno nomine consequentia appellaret. Temporis uero antecedentia, consequentiaque sunt, cum ex tempori interuallo, quod ipsa uolunt nomina, ex antecedentibus consequentia, et hinc uicissim illa indicamus, et confirmamus. Locos et haec plures habent: maxime tamen proprios, adiuncta, caussas, et effecta. Antecedentia ab adiunctis istiusmodi sunt: ferro ante petijt, mortemque minatus fuit, quare et cedem fecit. Cum uirgine saepe collusit, solusque cum sola aliquoties inuentus, quare et demortua partum suum esse non negabit. A caussis: Datum uenenū insciens hausit, ergo et morietur. Hic ex ijs, que antecesserunt, postea facta prodo, atque confirmo. Consequentia autem ab adiunctis, hoc pacto sumas: Diducti uerbis inter se non constituerunt, quare sceleris consilia agitantur: Res ablata domini ipsius inuenta est, quare furtum fecit: In pedes se coniecit, salutemque fuga quæsiuit, ergo cedem fecit. Ab effectis: Hausto poculo statim coedit, mortuusque est, ergo uenenum babit. Ostendimus utcunq; antecedentia, consequentiaque, sparsa per omnes locos, partimque naturæ esse, cum absq; temporis gradu, ex antecedentibus naturaliter aliquid consequatur: quod genus serie et conuerti possit: partum temporis, cum iuxta ipsorum uim nominum, temporis interuallo, ex antecedentibus consequentia, et hinc uicissim illa comprobamus: quibus, qui uolet, probetque, et illa Ciceronis, quorum supermeminimus, adjiciat Repugnantia restant, que sunt secum

secum quasi pugnantia: ut, Cœlius cum literarum studio  
sus sit, turpi amore non capitur. Repugnant namq; lite-  
ras, & voluptatē sequi. Fabius repugnantia eadem esse,  
quæ contraria, exemplo declarauit. Verum hoc intersit,  
omnia quidem contraria repugnantia, sed non contra  
omnia repugnantia, cōtraria dici posse. Dissimilia namq;  
atq; adeò differentia, quæ non secū ē diametro pugnant,  
ut contraria, sed collata modo se se non ferant, hoc item  
nomine ueniunt. Quare, quanquam hi loci, quod sparsi  
per reliquos proprij uideri non possint, seorsum tamen  
tradi, & quasi plures uias ad unam, eandemq; inuestigan-  
dam rem munitas monstrari, nihil uerabit.

## CAVSSARVM ET EVENTORVM

explicatio. CAP. XVII.

**C**AUSSARUM locus, qui latissime patet, sequitur. Sunt  
porrò causæ, quæ efficiunt aliquid, quod adeò ferè  
abesse non potest, ut nisi appareat, caussa esse, diciq; ne-  
queat. Harum autem aliæ naturaliter, necessarioq; effici-  
unt: ut sol exortus est, quare dies est: ignis est, ergo com-  
burit: natum est, ergo morietur. Aliæ non necessario, ut  
uirginem s̄epe alloquitur, quare amat: in studia literarū  
incubuit, ergo doctus. Hic animaduertendum, materiam,  
instrumentum, locum, tempusq;, efficiendi per se naturā  
habere propemodum nullam, sine ijs tamen ipsis, fieri o-  
mnino nihil posse. Neq; enim sine materia, instrumētoq;,  
ne dicam loco, & tempore, domus extrui, aut quicquam

## 42 GERARDI BVK. DE INVENT.

fieri potest. Verum locus, tempusq; interim tamē & perse efficiant, ut si locum palludinosum pestis, & tempus longum ruinæ ædium caussam dicas. In causis item, que non necessario, natura alterq; efficiunt, finis etiam, cur ali quid fiat, spectandus est. Ea porro omnia, que animi humani præmeditatione, consilioq; fiunt, finem suum destinatum, utilem, honestumque spectant: qui, quanquam esse cito, usuq; si postremus, ipsa tamen agentis destinatione institutioneq; primus est, efficiensq; caussa appellandus: ut nauigat mare, & cū uitæ periculo merces auchit, nempe, ut rem faciat, feliciorq; inde uiuat: domum extruit, nō certe alium in usum, finemq; quam ut inhabitet: literas discit, ut de rebus tam diuinis, quam humanis recte iudicet. Effecta que sint, ex causis, unde sequuntur, apparet. Natura namq; hæc ita coniuncta sunt, ut altera sine alteris esse nequeant: & ut causæ effecta, ita hæc uicissim illas indicant, produntq;. Ut, dies est, quare solest supra hemisphærium nostrum. Hic ab effectis caussam ostendo. Solis namq; cursum, supra hemisphærium nostrum, caussam diei esse, certum est: Emoritur, quare & natum fuisse constat. Loci hi à causis, & effectis, omnibus, siue dicturi, scripturæ sint, summam copiam suppeditant: plurimusq; horum, in omnirhetorices genere usus est. In laude namq; aut cōtra uituperio, quantam hinc copiam poëtæ, historici, rhetoresq; sumunt? In suasorijs item, dum aut ab utili, honesto, necessario, possibili, facile, arguerentur

Eumenta trahimus, an non à causis efficientibus ductis argumentis persuaderemus? Quanquam auctor ex his utilia maxime, atq; honesta, à finibus effectisq; sumi videantur, si ad res suas gestas, unde manarunt referas, tam en, si ad agentem accommodes, cuius animum ad agendum suscipiendumq; negotium primū impulerint, causæ efficients, hincq; sumpta argumenta, à causis efficientibus ducta putabuntur. Necessitudinem uero, possibilitatem, facilitatemq; confidentes caussas esse satis liquet. Iam uero in iudicio, quot hinc argumēta petuntur è dū à causis, effectisq; criminando, nunc factū conuincimus, nunc ini quū implumq; ostendimus. Sed haec suo loco indicabūtur.

## COMPARATIONIS EXPO-

## stio. CAP. XVIII.

**P**ostremus, latissimeq; patens comparationis locus est: ubi maior a minoribus, & contra minor a majoribus, paria paribus cōparantur. Plurimus huius ubiq; usus, maximeq; obuius est, in conjectura, definitione, & iuris questione. Conjectura à maiori: Si de patris uita cogitauit, & de nepotis cogitare non dubitabit. A minori apud Ciceronem pro Archia poëta: Etenim cum mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur, Rheygnos credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenij prædico gloria noluisse: Ex

pari: Qui ob rem iudicandam pecuniam accipit, & ob dicendum falsum testimonium accipiet. Definiendi hinc ratio quæ sit, supra ostendimus. De iure si queratur, ita à maiori probetur: Si furem nocturnam per leges occidere licet, qui domi deprehensum uulnerauit, nihil pecaſſe credetur. A minori: Si parentibus, unde in lucē editi, educatiq; sumus, præstanta pietas est, maxime ipsi Deo, cui, cum uitam, tum ipſius animæ immortalitatem, salutemq; debemus. A pari: Quæ pietas patri, eadem & matri debetur. Exempla item hic pertinent: quæ sunt res gestæ, aut ut gestæ, ad persuadendum accommodatae. Ducuntur autem à maioribus ad minora, & hinc uicissim ad illa. A maiori: Si reges suos Tarquinios Romani nondum Christiani, quod iniuitæ Lucretiae pudicitiam eripuerint, urbe, regnoq; deturbarunt, idem hoc flagitiū, in priuatis ciuibus, & Christianis, non est ferendum. A minori, apud Ciceronem in Catilinam: At uero uir amplissimus, P. Scipio Pontifex maximus, Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum Reipub. priuatus interfecit, L. uero Catilinam, orbem terrarum cæde, & incendijs uastare cupientem, nos COSS. perferemus? Ducuntur item à simili, & diſsimili, & contrarijs, quorum locorum, cum supra exempla posuerimus, & uel hinc, quæ iſtorum natura ſic pateat, breuitati hic ſtudebimus: cum praesertim, plures huius loci ſpecies ſint, quam persequi facile, aut poterimus, aut opus ſit. Comparantur namq;

alio

alia numero, dum unum pluribus, pauca bona, malae  
 multis, diurna breibus, et id genus alia conferuntur:  
 ubi, quid quibus anteferri debeat, nemo non uidet. Alia  
 specie: ubi ea omnia, quae per se expetuntur, ijs anteferun-  
 tur, quae propter aliud: ut salus, cum per se expetatur,  
 melior medicina est, quae ob hanc expetitur. Conferuntur  
 hic & innata aduentitijs, à natura accepta uitia, uirtu-  
 tesue assumptis, integra corruptis, iucunda iniucundis,  
 honesta utilibus, facilia difficultibus, totum partibus, rara  
 uulgaribus, necessaria non necessarijs, efficientia nō effi-  
 cientibus, nihil indigentia indigentibus, animi bona, iur=  
 tutesq; omniaq; quae in nostra potestate sunt, ijs, quae For-  
 tunæ telis sunt exposita, stabilia caducis, publica priua-  
 tis, ab optimis laudata, cum ijs, quae à pluribus. Atq; hec  
 omnia, aliaq; id genus, quanquam partim nouam, propri-  
 amq; faciem ostentent, maiora tamen, minoraq; esse, aut  
 similem vim habere deprehenduntur. Similia autem, pa-  
 riæ, nullos in significando gradus habere, ipsa testimo-  
 nio sunt nomina. Quare hoc in uniuersum sit edictum, ex  
 hoc comparisonis loco, in omnibus rhetorices generi-  
 bus, tam ad ornandum, delectandumq; quam ad fidem ar-  
 gumentis faciendam, copiam peti maximam.

OMNES AD VNVM LOCVM VN-

de manant referri posse, et cur diuersa

nominasumant. CAP. XIX.

**E**xplicatis locis omnibus, ut nulla præterea sedes

querēda sit, unde ad fidē, copiamq; sumas, quō horū na-  
 tura, uisq; magis patescat, intuēdū nobis, que inter hos  
 cognatio sit, quæ tanta est, ut ad unum adiunctorū lccū,  
 unde manant, omnes referas: quod eo ipso, quo expositi  
 sunt ordine, ostēdemus. Rem igitur ipsam, totumq; quod  
 nīsi ad sit, nihil est de quo tibi oratio esse potest, si defini-  
 tione, quæ genere et differētijs cōstat, firmissimaq; est, ex  
 plicare uoles, ab adiunctis sumas necessum est, quo id præ-  
 stes. Ut si hoīem definias, dicasq; alia esse, nihil præterea  
 q; substantiā quandā esse, quæ ei cū omnib. animantib. cō-  
 munis est, significasti. Quare ab ijs, quæ ei ppria insunt,  
 acciduntq; erit definitius, ut à ceteris animantibus, bri-  
 tisq; secludatur, solusq; cōstituatur, hoc pacto: homo est  
 animal rationale, risibile, mortale. Insunt autem hominī hęc  
 propria, accidūq; ratio, risus, ipsaq; mortalitas: quæ ea  
 dem ipsi et adiuncta sunt oīa. Eodē pacto, si hoīem par-  
 tes, mēbraq; enumerādo definias, hinc te definiuisse puta.  
 Sunt nāq; sua cuiq; mēbra, adiuncta maxime. Quid et cty-  
 mologia uocabuli, et uicinus huic cōiugatorū locus, hinc  
 cadūt. Accidit namq; maximo Deorū, adiunctumq; est, a  
 mortalib. eū louē, quasi iuuantē patrē dici: et iusto uē, sua  
 recte facta, unde nomē accipit, sunt adiuncta. Genere aut  
 et specie, totū id de quo agitur, significatur, cuius hic ad-  
 iuncta explicantur: quod, ut diximus, si absit, nihil est de  
 quo oratio suscipiatur. Iā et similitudinis, dissimilitudinis  
 contrariorū, cōparationisq; locū hinc oritur, omnemq;  
 copiam

copiā sumit. Si quidē ea, quæ rei de qua agitur, si homo,  
adiuncta sunt, aut inter se cōferendo ostendis, modo simili-  
lia esse: ut si qua impietate in patrē, eadē postea illo de-  
mortuo et in mārē extitisse dicas: modò dissimilia: alterū  
ex liberis natu maiore uix filiū agnoscit, alteri nūmū in-  
dūget: modò cōraria: coniugē suā principiō plurimum  
amabat, eandē postea odit maxime. Hinc maiora, mino-  
ra, pariaue quæ sint, satis liquet. Hic porrò eiusdē hoīs fā  
cta quæ ip̄si adiuncta sunt, cōfrerūtur. Aut ex huīus, de quo  
dicas hoīs externis, corporis, animiue bonis, malisue, atq;  
adē factis omnibus quæ huīc adiuncta sunt sumis aliquid,  
cui, qđ foris est, externaq; p̄sonæ adiunctū est, cōparaz  
atq; ostēdis id, aut simile, aut dissimile, aut contrariū, aut  
maius, aut minus, aut deniq; par esse: Ut si eius, de quo di-  
cis opes, tantas esse dicas, quantæ Crassi illius olim apud  
Romanos fuerūt. Sumpta hæc ab adiunctis similitudo est.  
Nā sua uir q; bona sunt adiuncta, quæ collata similitud. nē  
præ se ferunt: et inde hoc nomen accipiūt. Hinc, cū oīa su  
pra abunde exēplis sint declarata, et cetera sait liquere  
arboror. Quid de antecedentib; consequentib; repugnat  
tib. dicemus: quæ cū ut d. mōstratū est, sparsa sint per oēs  
locos, qui ab adiunctis oriūur, et ipsa simul hinc nasci nūl  
li dubiū esse potest. Restat cauſarū, ei euētorū locus: qui  
itē, ut ceteri, ab adiunctis nascitur. Sūt autē cuic; sua facta,  
animiq; bona, et uita, adiuncta maxime: quæ tamē ipsa, in  
cauſas et euēta cōcertuntur, cū à cauſis euēta, et hīc

uicissim illas ostendimus. Ut si honestatē ipsam, caussam Cæsarino stro fuisse dicamus, cur contractis maximis copijs, armatus in Turcam processerit. Decebat namq; imperatorem, suorum salutem armis, aduersus infestissimum hostem tueri. Sic et iram, caussam esse dicamus, cur alter alteri uulnus inflixerit. Et Naso, desidiā Aegistho causam fuisse dicit, cur factus sit adulter.

Quæritur Aegisthus quare sit factus adulter,

In promptu caussa est, desidiosus erat.

Facta igitur omnia, animorumq; uirtutes, et uitiæ, ijs quorum ea sunt, adiuncta sunt maxime: quæ tamen in caussas, et euentu commutantur, cum ab animoru uirtutibus, uitijs ue, ut caussis, que cuenerint bona, malaue, facta indicamus. Porro in suadendo, ubi de futuris adhuc, agendisq; reb. agitur, eadē hæc adiuncta in caussas cōuer-tūtur. Ut si quenq; ad faciendū aliquid adhorteris ab æta te, opibus, amicorū numero et potētia. Sunt aut̄ huic, cui suades, adiuncta hæc oīa, ætas, opes, amicorū multitudo et potētia. Verū, cū hinc argumēta ducis, et ad faciendū hominē impellis, eadē hæc, caussarū nomē accipiūt: atq; id, quod fieri, quò dirigūtur oīa, euentū appellabitur. Ostendimus breuiter, ex uno adiunctorū loco, reliquos oēs emanare. Quod autē loci, diuersa nomina sumat, inde est, q; hinc nati, alibi aliā faciem, uimq; ostendant. Hæc de locis illis, unde tam dialectici, quam rhetores, reliquiq; omnis generis scriptores, omnia sumant necessum est.

GERARDI

# GERARDI

BVKOLDIANI DE INVENTIONE  
ET AMPLIFICATIONE  
ORATORIA  
LIB. II.

Q VID GENVS DEMONSTRATI=  
uum, & que huius cum ceteris cognatio  
fit. CAP. I.

**R**ESTAT igitur, ut ad tria illa rhetori-  
cæ genera, unde digressi sumus, re-  
uertamur: atq; in singulis, quæ hinc in-  
ueniendi, amplificandiq; ratio sit osten-  
damus. Demonstratiuum itaq; genus  
id esse diximus, quo præterita præsentiaq; nunc laudam-  
us, nunc uituperamus. Plurimum hoc genus commune ha-  
bet cum suasorio, adeò, ut alterum alteri sape coincidat.  
Si quidem ita ferè fit, ut quæ laudamus, hec ipsa & suade-  
amus: & contra, quæ suademus, propemodum & lau-  
demus. Itaq; oratio Ciceronis pro lege Manilia, quan-  
quam magna ex parte nil nisi laudem Pompeij cōtineat,  
suasorij tamen generis est. Neq; enim orator ad laudan-  
dum Pompeium, sed ad persuadendum Quiritibus ue-  
nit, eum recte Mithridatico gerendo bello Imperatorem  
præfici, qui tot tantisq; tum animi uirtutibus, tum sepi-  
us spectata cognitaq; feliciter administrandi belli sciëtia,

unus tantum eniteret, omnibusq; antecelleret. Itaq; laus hic in suasionem est uersa: contraq; hæc in illam potest. Quare de genere iudicaturus, quis reis copus sit, quo argumenta orator dirigat, in primis spectabit. Induit et naturam generis iudicialis. Sæpe namq; in clarissimorum hominum laudibus inuenias aliquid, quod nisi purges, multorum animos turbet, alienetq;. Vi si Cesari nostris multas præclarasq; res gestas oratione laudandas suscipias, excusandum forte erit Romam oppidanis nihil grauius timentibus captam direptamq;: non eius id iussu, qui tum longius absuit, sed aut Ducis, aut militis imperio abutentis, & ad prædam audioris culpa factum. Quemadmodum autem laus sæpen numero defensionem, ita illa uicissim laudem accersit, & ad suum quasi corpus melius uestimentum sumit. Quod ipsum cum alibi passum apud Ciceronem uideas, tum in oratione pro Archia poëta: que cū iudicialis sit generis, ut qua uatem apud iudices defendat, summis tamen laudibus humanitatis ibi studia uexit. Verum nulla propemodū oratio est tam certi generis, que ex alijs non aliquid assumat, suiq; corporis faciat.

CERTA LAUDARI SEV VITUPERARI OPORTERE. CAP. II.

**H**oc item huius generis proprium, capita rerum que laudabuntur certa ferre esse oportere, alioquin non ad laudandum, sed aut ad suadendum, aut ad defendendum uenit orator. Incerta enim dubiaq; laudem mere-

ri in animis hominum omnino nullam possunt. Quod si forte dubijs incertisq; argumētis lucem adferat, iam aut suasoris, aut defensoris personam sumit. Quanquam nihil uerat, quod & diximus, inueniri nonnulla in laudibus posse, quæ interim recte probentur, interim defendantur, modò rerum pondera firmamentaq; certa esse constet. Quid? nulla igitur in hoc genus quæstio, nullusq; status incidit? Non equidē id omnino disputo. Nam quan quam ea natura laudis sit, ut uera esse uelit, fieri tamen posse minime nego, ea interim quæ pluribus probentur, Pauciores, forte doctiores, in dubium uocare posse: & contrā, quæ apud hos laudem increantur, multitudini minus probari: atq; ita uel omnes status, coniecturalēm, definitum, iuridicalem, in hoc genus incidere posse: cum & de certissimis queri, nihil omnino ueret.

## RES OMNIS GENERIS, QVAE

cernantur tanganturque, seu intellectu com-

prehendantur, laudari aut uitu-

perari. CAP. III.

Dorrò præterita, instantiaq;, atq; adeò omnia quæ nunc laudamus, nunc contrā uituperamus, res sunt omnis generis, quæ aut cernit tangi, ut homo, equus, urbs, flumē, aut aīo intellectuq; cognosci atq; percipi possint ut facta, dicta, virtutū item uitiorumq;, tū artū uaria genera, ut prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, eloquētia, medicina, architectura, scientia rei militaris,

## 52 GERARDI BVK. DE INVENT.

aliaq; id genus multa. Vitia autē que sint, hinc cognosci facile possunt: nempe iniustitia, luxuria, inuidia, & cœstra. Ipsius item Dei laus, quanquam quid huic aut nostra laude accedit, aut uituperio adimatur, non video, tota hoc pertinet. Rerum autē quæ cernit angīq; possunt, pri-  
mas partes homines tenent: qui cum cæteris animantibus briuis rebusq; mutis ratione & sermone, tum multis alijs animi naturæq; dotibus antecellant, laudem in prizmis sibi uendicant. Laudamus igitur præcipue personas, urbes, portus, loca, & his similia: præclare item facta, dicta qz, quæ cum virtutibus coniuncta, atq; inde orta esse constat. Nam & iuxta virtutes artesq; aut in certis hominibus, aut seorsum suis ipsis laudibus exornamus.

QVI HOC IN GENERE AVTO-  
res uersentur. CAP. IIII.

**L**atiſſime autem genus hoc demonstratiuum patet: plurimiq; in hoc uel diuersi generis autores uersan-  
tur. Neq; enim iij modo, qui oratione perpetua rem quam-  
piam laudandam sumpserunt, sed & heroici uates, histo-  
riciq; omnes. Quid enim aliud in Iliade Homerus agit,  
quam ut Grecorum gloriā, ulciscendi uiolati ab Alexande-  
dro hospitijs, raptæq; Helenæ cauſsa ad Troiam ueniens  
tium, decemq; hic annos pugnantium, diuino carmine im-  
mortalem redderet. Neq; tamen ingeniosus uates ita ſu-  
is lenocinatus est, ut quacunq; urgerent, Troianorum ut  
ignorium imbelliumq; hominum fuga cædesq; ſuū facta.  
Vtrobiqui

## ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. II. 93

Vtrobiqu; fortitudinē ignauiamq; esse uoluit. Nihil in He-  
clore Troiano requiras, quod ad fortissimum, et ad agen-  
dum promptissimum ducem attineat. Thersitēm contrā  
Græcorum principum unum non modō ignauissimū, sed  
ipsa corporis forma, capitisq; figura penè monstrū  
introduxit. Alexandrum autem ipsum effeminatiorem  
quā fortiorem nobis depinxit. Achillis contrā uirtutē  
quis Græcorum omnium aequauit? quem non fortissimū  
modō, sed ipsum bellis fulmen, hostiumq; terrorem esse ce-  
cinit. Iam uero reliquarum maximeq; uariarum uirtutū  
uittiorumq; quæ nō in alijs atq; alijs simulachra nobis ex-  
hibuit. Agamemnonem potentia quidem, ijsq; quæ à for-  
tuna uenunt bonis insignem, nempe omnium Principem  
constituit: sed ad pleraq; obeunda, cundem hunc, pru-  
dentem minus, circumspectumq; ut qui nec hominū De-  
orumq; iram tanti penderet, ut unicū mancipium ipsam  
Briseida patris suo Apollinis sacerdoti repeteti reddendā  
putaret, nunenq; reconciliaret. Non uniuerorum Græ-  
corum, quos quanquam sui fratriisq; gratia arma sum-  
psisse, & ad Troiam uenisse intelligeret, peste tamen ab  
irato Apolline immissa emori passus est. Non ipsis Achil-  
lis, cuius unius omnium cum summam militiæ felicitatem,  
fidemq; sanctissimam in eum diem expertus esset, nō mo-  
dō tamen cum temerè à se abalienauit, sed propemodum  
hostem fecit. Non deniq; ab irato Apolline, cū in uniuer-  
sos Græcos, tum in suum ipsius caput, grauora pericula

timuit. In Nestore autē sene quantam prudentiam, quam  
 tamq; eloquētiā uidemus? Quid de Vlysse dicam? qui  
 armis multū, eloquentia plurimum ualuit: et ubires non  
 tam uim, quām technas poscebat, ad struendum dolum  
 uerutissimum et accommodatissimum ingenium habuit.  
 In Aiace autē Telemonio bellicam quām eloquentiæ lau-  
 dem maiorem cognoscimus. Gradus etiam eloquentiæ in  
 Principibus esse uoluit. Vlyssi sublime illud dicendi genus  
 tribuit: quem rerum et uerborum copia, supra quām di-  
 ci potest locupletem, nec tam orantem, quām fulminantē  
 introduxit. Nestori autem ipsi genus mediocre, cui quidē  
 tum suauem, tum copiosam splendida māq; orationem tri-  
 buit: adeò, ut huius ab ore melle dulciorē orationē  
 fluxisse memorie proderet. Menelao breue laconicumq;  
 assignat genus: cuius oratio, quanquām breuis, nec ex-  
 quisita rerum uerborumq; copia instructa fueret, diluci-  
 datamen, et ad cuiusq; captum perquām accōmodata:  
 Iam uero in Odyssea quantum nobis fortitudinis, conti-  
 nentiae, uerae q; ad omnes fortunæ casus patientiæ, et pro-  
 ptemodum omnium animi uirtutum exemplum Vlyssem  
 proposuit? Hic dum à bello decē annos mari errat, adeò  
 animum non abicit, quin, ubires posceret, suam, suo-  
 rumq; salutem uel armis protegeret: et cum ad Cyclo-  
 pis antrum deuenisset, claususq; ibi deuoratis sex sociis  
 periculose teneretur, forti animo ingenioq; sibi suisq;  
 excēdato Polyphemō salutem quereret. Hic Calypsus  
 Circesq;

Circesq; blanditas elusit : effeminatisq; , & in bestias,  
 qua in uenerem proclives rationem ducem non seque=   
 rentur, commutatis socijs, infractum animum solus tenu=   
 it: solus ad inferos descendit : cognitisq; hic que uoluit,  
 ad superos redijt. Has easdem autem uirtutes, & in hu=   
 ius coniuge Penelope quantas uidemus? ut nescias, in  
 hoc ne, an in illa magis admirari debeas. Nam decem an=   
 nos dum ad Troiam pugnabatur, non modo castissimam  
 uitam duxit, sed ueræ pudicitie, coniugalisq; amoris de=   
 se exemplum uniuersis præbuit. Deinde capta Troia, o=   
 mib; q; reuersis ad suos unoquoq; Principibus, cum su=   
 um diutius emanere cerneret, nec certò nunciari ubi gen=   
 tum aut mortem obierit, aut impeditus morā traheret,  
 non modo multis expertibus nemini nupsit, sed pudicū  
 & inuiolatum corpus ingenij artibus, cum viribus non  
 posset, in uigesimum usq; annum reseruatum suo demum  
 redeunti Vlyssi letarestituit. Nam cum à procis, nobilis=   
 simis potentissimisq; sue gentis iuuibus, undiq; ad se  
 confluentibus, ad nubendum indies magis ac magis soli=   
 citaretur, remq; suam familiarē, que uel solares magnū  
 ad maturandas nuptias momentum esset, dilapidarent,  
 & parum consilijs, minusq; præsidij in suis domi, Laërti  
 iam decrepito, & Telemacho tum adolescentulo, positiū  
 animaduerteret, ut simul animi curas qua posset arte le=   
 niret, simul honestam procis nuptias suas differendi, inq;  
 plures dies protrahendi excusationem afferret, ne aut

mortuo suo vlysse contempſiſſe quenquam, aut tandem  
 redeunte polluta à quoquam deprehenderetur, tclam te-  
 xendam ſuſcepit ad conficiendū Laertii iam ē ſenio ægre  
 uitam trahenti τεφύιοp: quo confeſto, promittit & ſc-  
 demum deſitur am de ſui coniugis reditu ſperare, atq; in  
 nouum matrimonium confeſſoram. Verum dum ſola de  
 ſui Vlyſſis reditu bene ſperat, quantum interdiu confeſit,  
 nocte rurſum abſcidit: unde intelligi poterat, ad ſolas a-  
 nimi curas ut cunq; miigandas, et honeſte potius profe-  
 rendas, q̄ maturandas nuptias hanc ſumpiſſe operam.  
 Quid hic deum immortalem aut de femina admirabili-  
 us, aut ad coniugalem fidem ſanctius, aut deniq; ad ſum-  
 man animi uirtutum laudem non dico dici, ſed omnino  
 excoſitari à uate potuit? Sed quæ interim Clytemneſtræ  
 in ſuum abſentem coniugem fides extitit? hæc contra, pu-  
 gnante ad Troiam Agamemnonē ſuo marito non modò  
 turpissime cum Aegiſthorem habuit ſed in ſuper adulteria  
 cum adultero de uita coniugis cogitauit: Troiaq; redi-  
 tem feciſſime trucidauit. At quorū ſum hæc tendunt? quō  
 ſpectat oratio? eō certe, ut pateſcat, utrumq; hoc Homer-  
 i poëma in demonstratiuo conſtitutum genere: nihilq;  
 hic niſi aliorum uituperia, aliorum laudes contineri: &  
 quaſi quoddam ſpeculum rerum humanarum eſſe. Quod  
 de Homeri poëmatiſ diximus, idem de Vergiliſ nostri  
 Aeneide potest: ubi cum multis magnisq; Fortune cor-  
 porisq; tum maximis animi laudibus, quæ ſolæ propemo-  
 dum

dum uereq; existimandæ sunt, Aeneam suum uexit. Quæ enim uir ille capto illo complures annos mari patienter tulit, et deinde terra strenue fortiterq; gessit, summis pro sequutus est laudibus. Quo autem ordine uterq; uates id fecerit, suo dicetur loco. Iam & historiographos in hoc uersari genere cui dubium esse potest: qui si hoc nomine appellari uolent, res gestas, non secus ac gestæ sunt, nihil falsi addendo, aut uerireticendo, seruato temporis ordine narrabunt. Quod dum faciunt, quando recte facta cū honestate, & quæ contra cum uitijs sint coniuncta, fieri non potest, quin inter exponendum, eos quorum probe facta sunt laudent, quorū contra male, turpiterq; hos uel iniuii historiæ lege cogente uituperent. An non Titus Lilius Patavinus, ut de nostris, qui in omnibus manibus uerantur dicam, egregius est buccinator uirtutum uitiorumq; Romani populi: ut qui lactea eloquentiæ copia, perpetuaq; oratione, res gestas ab Urbe condita ad sua usq; tempora, summumq; imperiū perduxit. Quibus artibus, consilijsq; populus ille modicus, tenuisq; primum uiam strauerit ad summam democratiam. Deinde cū imperio una & uitijs in animis hominum crescentibus, eadē ipsa arma, quibus terrarum orbem domuerat, in sua ipso rum uiscera conuerterit: & quemadmodum multis magnisq; animi uirtutibus parsimonia, iustitia, innocentia, atq; imperandi æquitate incrementum sumpserat imperium, ita contra uitijs, luxu, rapinis, priuata, iniustaq; do-

ss. GERARDI BVK. DE INVENT.

mindandi cupiditate conciderit. Quid? nō Sallustius adeo corruptos sui temporis mores perstringit, ut non defuisse, uel senatorij ordinis homines dicat, qui cum Catilina de euertendo Reipub. statu coniurarint? Non defuisse, qui acceptis largitionibus sceleratissimum lugurtham de fendum putarint? Quod de nostris, idem de Grecis censendum. Huc & Plinius nostri Secundi Veronensis historia naturalis pertinet: ubi, quanquam non personas aut facta, ut poetae historicique, aut laudet, aut uituperet, sed rerum naturalium cognitionem tradat potius quam laudet, tamen, cum citra argumentandi probandique necessitatem quae rerum celestium terrestriumque natura sit non sine summa delectatione doceat, huius generis eius scriptum esse negari non potest. Delectare enim sine contentione argumentisque, cum docere uniuscuiusque sit, epicuree orationis proprium est. Quanquam & hunc, plerisque rebus suam amplificando adiecisse laudem, testimonio est ipsum opus. Est ubi res narrantur cum maiori delectatione, quam amplificatione: quod ipsum Ovidius in metamorphosi rerum uariarum transformationem canendo fecit. Quintiam huius generis sunt Satyrici, Comicique: quorum illi, hominum uitia uel nominatim insectantur: his sumpto figmento uerisimili, rerum uerborumque elegantia hoc consequuntur, ut sui uoluptate nunc lectorem, nunc auditorem spectatoremque retineat. Adde precepta dantium diuersa autorum genera: rerum rusticarum: ut

rum: ut Maronis Georgica: Columelle Catonisq; scri-  
pta: rhetorices, ut Fabij Institutiones: complur aq; Cice-  
ronis: medicorum item, & physicorum multa: deniq;  
artium rerumq; præcepta omnia: quæ ingredi molestū,  
persequi prope infinitum foret. Nec me præterit, uideri  
pleraq; horum suasorij potius generis, qui cum hoc mul-  
tum commune habere diximus faciem ostentare: quod  
præcepta, cū ieiuna ferè sint omnia, paruam copiam de-  
lectationemq; adferant, et sola rerum utilitate legantur.  
Verum cum ea quæ traduntur certa ferè sint omnia, ci-  
traq; omnem probationum argumentorumq; pugnam  
perpetuo orationis ductu exponantur, etiamsi nuda ie-  
iunaq; sit oratio, nec tam delectet quam doceat, tamen de-  
monstratiui potius quam suasorij generis uideri oportet.  
Neq; enim Crispus Sallustius cō minus historicus est  
quam T. Luius, aut in alio atq; ille rhetorices genere uer-  
satur, quod hic nude breuiterq; ille copiose splendideq;  
res gestas perscribat.

## Q VAE LAVDARI O P O R T E A T

uituperariue: ex uno adiunctorum loco

sumi. CAP. V.

**D**I X I M V S quæ demonstratiui generis cognata-  
rio cum reliquis esset: certa item esse oportet  
re, quæ laudari aut contra uituperari deberent: tum res  
omnis generis quæ cerni tangiue, aut animo intellectu  
percipi possint, huc pertinere: postremo qui potissimum

hoc in genere autores uersentur. Nunc igitur, cur maxime  
 hanc suscepimus operam, quæ illis ex locis, quos su-  
 pra exposuimus, hic inueniendi amplificandiq; ratio fit,  
 subinde prosequamur. Unus igitur adiunctorum locus  
 ea omnia nobis quasi digito monstrat, quæ laudari uitu-  
 perariue oporteat. Admonet enim hic, ea omnia, quæ re-  
 bus laudandis uituperandis adiuncta sunt, quandamq;  
 ad h. us cognitionem habent, aut laudibus uehenda, aut in-  
 sectanda esse: ubi & temporis gradus recte seruari po-  
 terit. Antecedunt autem hominem, quando personas in-  
 primis laudari diximus, patria, genus, parentes, consan-  
 guinei, cognatiq;, unde laus uituperium ue trahi potest.  
 Deinde quæ fortunæ, copiæq; sint dicendum erit: atque  
 hæc quidem externa sunt omnia. In tribus enim generis  
 bus laudes & uituperia uersantur: externis, corporis,  
 & animi: quorum omnium unus hic adiunctorum nos  
 admonet locus. Corporis igitur bona malâue sunt statu-  
 ra, figuraq; corporis, ipsaq; ualetudo & robur, in pri-  
 mis autem forma, quæ certissimus ferè animi index esse  
 solet. Animi autem laus, ea est, quæ potissimum suo iure  
 prædicari debeat. Atq; hic duplex se disponendi ratio  
 offert. Aut enim temporū seruato ordine dicendum que-  
 iam nati, atq; in lucem editi educatio, indeolesq; fuerit:  
 quibus morum artiumq; magistris sit usus: quantū quo  
 in disciplinæ genere proficerit: deinde cū iam adoleuerit  
 etas, quæ tam domesticis priuatissq; quam publicis in re-  
 bus

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. II.

bus prudenter, iuste, fortiter, temperanterq; fecerit, dixe-  
rit, tuleritue. Aut quod Cicero in Pompeianafecit, uaria  
multaq; facta, ad sua uirtutū genera sunt referenda. Atq;  
hic, cum omnis uirtus posita sit, aut in cognitione, scien-  
tiaq; ut prudentia, calliditas, eloquentia, iurisprudentia,  
ars militaris, & reliquæ multæ & uariæ labore usuq; pæ-  
ratæ, aut in actione, ut iustitia, fortitudo, temperantia,  
commodè primum laude prosequimur, quæ prudenter,  
callide, docteç, tum que iuste, fortiter, temperanterq;  
tam suis in priuatis domi, quam foris publicis in rebus fe-  
cavit, dixerit, per pessus sit. Quanquam ne hic quidem  
certus ut uirtutum, cum nullus temporum ordo seruetur,  
est necessum, quo minus ipsarum rerum naturæ causæq;  
seruiatur. Quapropter laudaturus, diligenter apud ani-  
mum expendet, quid causa postulet: temporisue potius  
ordo in exornandis factis seruetur, an ad sua queq; uirtu-  
tum genera exigantur.

Q VAE AB ADIVNCTIS INVENTA,  
ceteris ex locis amplificandi ratio sit: & pri-  
mum in hominis encomio patriæ laus per  
per locos ducitur. CAP. VI.

Q Væ laudari oporteat ex uno adiuncitorum loco  
petenda esse ostendimus: qui si certis, quas ornans  
das suscipitis personis admoueatur, cum singu-  
lis sua quedam fortunæ, corporis, animiq; propria bona  
sint, quid in laudem adduci debeat, semper ad manus erit.

## 52 GERARDI BVK. DE INVENT.

Nunc igitur subinde, quibus ex locis hæc ipsa amplificari augeriq; debeant, erit dicendum. Neq; enim solum ex uno atq; altero, sed ex omnibus illis quos supra commemoravimus locis, extendi hæc possunt. Nam cum in singulis his tribus rhetorices generibus tota uersetur rhetorica, omnium quoq; locorum in singulis usum esse negari non potest. Præcipius autem horū usus est, definitionis, quæ hic, cum res non ieuine breuiterq; ad faciendam fidem explicitur, sed pluribus ad delectandum augeatur exorteturq; , descriptionis nomen accipit: similitudinis item, dissimilitudinis, contrariorum, adiunctorum, testimoniorum, caussarum, euentorum, comparatorum: antecedentia & consequentia per omnes sparsa locos supra ostendimus. Verum & aliorum interim creber usus est. Rarior tamen hic locorum à genere & specie usurpatio est: unde cùm res petita, non tam ad amplificationem, quam fidem ualeat, crebrior in reliquis generibus erit. Cum igitur patriam hominis laudandam esse adiunctoru nos locus admoneat, huc & reliquos admoueamus, ut quid ad copiā ex uno quoq; sumi possit, intelligamus. Descriptio ergo quæ materiam ex adiunctoru mutuat loco, ut est ordine prima, ita huic commode primum admota, rem ipsam extendet plurimum, dum describitur, qua in natione, quo in loco, fertili an sterili, maritimo an campestri sita ciuitas sit: quæ & publicæ munitiones: quæ ædium frequentia, magnificenciaq; : quod genus descriptiones

apud

apud poetas historicosq; leguntur plurimæ: adeò, ut illi  
augendi delectandiq; studio uel facta loca describenda in-  
terim suscipiant. Ab etymologia nominis item copia pe-  
ti potest, si uis huius sit, aut insignis cognitacq;, aut eius-  
modi, que dilucide sciteq; à laudante in rem præsentem  
erui posse: ut si quis inter laudandum Bononiae uocabu-  
lo, clisa m litera, bona omnia indicari dicat. Voluisse id  
indito hoc nomine urbis aut primum conditores aut au-  
tores significare, cū hinc summa agrorum longe lateq;,  
hinc beatissima surgētis Apennini fertilitate, tum animis  
partim agros foris irrigantium, partim intrò multiplice  
ad usum labentium copia maxime insignem locum uide-  
rent. Cōmode huc adiunctoru locus adhiberi posset, qui  
rebus, de quibus agitur adiunctus est maxime, omnesq;  
harum circumstantias, quas negiscōt illi uocant nel so-  
lus suppeditat: quæ deinde, per reliquos ductæ locos, in-  
crementum sumunt maximum. Verum, cum ex ea que  
descriptio ob oculos posuit, hinc sint petita, nihil uerat et  
hæc primum, ante quam plura inde ducantur, reliquis ex  
locis dilatare. Augebis igitur à simili, si tuum hunc, cum  
maxime notæ urbis insignisq; fertilitatis agro conseras,  
ostendasq;, in producendis frugibus, uino, olco, rebusq;  
cæteris, similem per omnia in utroq; dexteritatē. A dissi-  
mili, hanc tui hominis urbem patriamq; dupli circu-  
munitam fossa, tum lata, tum profunda, aggereq; inter-  
medio altius educto, mœnibus autem, propugnaculisq;

## 64 GERARDI BVK. DE INVENT.

cum altissimis, summaq; industria ad arcendā uim factis;  
 tum interiori aggere ad summum usq; addensatis firmati-  
 sis q; illam uero, una modo obmunitam fossa, mēnibusq;  
 utcunq; quidem firmis, sed nullo sive locu uitio, sive oppi-  
 danorum negligentia, aggere suffultis corroboratisq;.  
 A contrarijs: huius urbis regiones omnes latissimis di-  
 scretas uicis, illius arctissimis, huius mundissimis, illius im-  
 mundissimis, hic ædes magnificentissimas, ibi casas humil-  
 limas, hic plerasq; omnes lapide euectas, ibi argilla li-  
 gnoq; compactas cerni. Possunt quidem hæc, & à causis  
 extendi: sed ad adiunctorum locum reuertamur.

DIVISIO STVDIORVM FACTO-  
 rumq; patriæ in sua uirtutum ge-  
 nera. CAP. VII.

**V**T autē ea quæ oculis exposita cerni tangiq; pos-  
 sunt amplificanda sint ostendimus: nunc subinde  
 & ea, que intellectu cōprehenduntur, ipsa uidelicet pa-  
 triæ studia facta in sua uirtutum genera distribuamus:  
 & singula deinde per locos ducamus. Primum igitur ipsa  
 prudentiae facta honore uerborū extollenda erunt: quod  
 forte humanitatis studiorum scholas instituerint, conser-  
 uentq; undecunq; doctissimos accersendo professores,  
 hosq; liberaliter alendo: quod æquissimas leges ad suæ ci-  
 uitatis consuetudinē rationemq; ciuibus præscriperint,  
 suamq; Rempub. optime constituerint, atq; in futurum  
 firmarint: quod item frumento, sale, cæterisq; rebus omni-

bvs,

bus, quarum s<sup>e</sup>pe penuria premere ciuitates soleat, tot  
 tantaq; copia comparatis sepositisq; ita sibi in futurum  
 prospexerint, ut nec bello obsidionem, nec pace annonā  
 grauiorem fore propemodū timcant. Atq; hæc inter nar-  
 randum, à loco, & tempore, cum testimonio uicinarum  
 gentium, alijsq; huius loci circumstantijs augenda erūt o-  
 nnia. Deinde ad iustitiæ studia factaq; ueniendum: que  
 suum cuiq; tribuit, & erga deos religio, erga parentes  
 pietas, creditis in rebus fides, in moderatione puniendi,  
 imperandiq;, & equitas uocatur. Neq; enim minimum lau-  
 dis meretur, religionem uulgo sancte conseruari: suumq;  
 parentibus honorem haberi: daturq; per magistratus ope-  
 ram, ut creditis in rebus fides seruatur, & imposturæ ita  
 puniantur, ut nec remissior pœna peccandi licentia præ-  
 beat, nec uehementior iudicis sauitiam arguat. Tum sub  
 inde dicendū que fortiter gesta, aut intra moenia animad-  
 uer sis certorum hominum flagitijs, Rempub. caq; que re-  
 sta sunt defendendo, aut foris fusis sepius pugna hosti-  
 bus imperij fines proferendo. Atq; hic, non modo corum  
 qui in magistratu fuerunt, sed & priuatorum fortiter fa-  
 cta patriam ipsam honestant: ut Horatiorum, Lucretiæ,  
 Horatij Coclitis, Mutij Scæuolæ. Positremo spectemus,  
 que sint studia facta q; temperantie: que cum posita sit  
 in ijs que absunt non in honeste expetendis, atq; ijs que  
 in nostra potestate sunt recte honeste q; utendis, maximi  
 ad laudem momenti est, consuetudine patria, publicis pri-

uatisq; in negotijs tēperanter continenterq; uixisse: alie  
 na non appetiuissē: suisq; non ad luxum turpemq; uo-  
 luptatem usum fuisse. Hēc ab ad unctis, unde & plura  
 quidem possent, sumuntur omnia: quæ propterea sua in  
 uirtutum genera, non numero, sed rerum pondere distri-  
 buenda puto, quod in urbiū encomio, quarum sēpe quod  
 diutissime steterunt, longa annorum serie innumerā ferē  
 præclare extant facta, temporis ordinem sequi, preser-  
 tim nō in harum, sed personæ laudibus, tum infinita, tam  
 perplexa dubiaq; oratio esset. Harum autem uirtutum  
 omnium exempla, prisca illa nobis Romana Respub. uel  
 sola suppeditet. Quia in urbe humanitatis studia magis  
 uiguerunt: ijsq; cum præmia, tum maiores honores ha-  
 biti: ubi principes Reipub. uiri, maximiq; Imperatores,  
 aut ipsi Græcorum academias longis itineribus discendi  
 studio petierūt, aut illos ad se Romanam rerū uerborumq;  
 magistros pertraxerunt: ubi sēpe literatis quidem, do-  
 et isq; sed ijsdem tamē nouis hominibus summi magistra-  
 tus mandati: maximum imperium concretū. Nēq; enim  
 magis maiorum imaginibus, quam eruditioni uirtutiq;  
 aditum patere ad Reipub. gubernacula prudentissimi ho-  
 mines uoluerunt. Prudenter autem rerum à Romanis ge-  
 starum, quæ innumeræ sunt, egregius unde exempla su-  
 mas buccinator est T. Luius. Quod genus est, ciuium mul-  
 titudinem pro cuiusq; facultatibus in classes distributam,  
 ut numero, copijsq; cognitis, pro re familiari Reipub.  
 quisq;

quisq; penderet: tenuioribus, quos proletarios uocarūt,  
 sola liber os educandi cura esset. Descriptas item Græco  
 rum leges ad huius urbis rationem mutatas, atq; ciuium  
 oculis expositas, ut non ex ira mœnia ius quererent, sed  
 domi ob oculos positum discerēt. Sed quid multa de hac,  
 quæ nisi summa & propemodum diuina in ijs fuisset, qui  
 deum immortalem in orbem terrarum imperium adepti  
 fuissent? Quantum autem ueteribus Romanis iustitiae stu-  
 dium, in deos, hominesq; sucrit, alterum sacerdotum col-  
 legia, cærimoniaeq; à Numa rege institutæ, sancte q; per  
 multa secula conseruatæ declarant: alterum, cū alia mul-  
 ta, tum Saguntinorum in ultimis terris hominum, in fide  
 persistentium labor ærumnaeq; maxime æquum in se mo-  
 deratumq; Romanorum imperium fuisse testantur. For-  
 titudinis autem pro innumeris, Brutum, Manlium, Fabi-  
 umq; in exemplum adducamus: illi in magistratu cædis  
 filiorum suorum autores spectatoresq; esse maluerunt,  
 quam Rempub. ab ijs uel leuiter lesam uideri: hic cū cun-  
 etando, pugnaq; abstinentendo, non Romæ modò apud oës,  
 sed & à toto suo ipsius exercitu odiū sibi conflasset ma-  
 ximum, maluit fortiter ferendo sui nominis existimatio-  
 nem, quam Rempub. in discrimen adduci. Iam uero tem-  
 perantiam, continentiamq;, quæ gens pluris fecit: quæ  
 luxum turpitudinemq; magis odit: ubi agricultura par-  
 simoniaq; maximam laudem meruit: & nonnunquam  
 Consul, Princepsq; Reipub. in agro appellatus, à labore

ad curiam sit deductus: ubi puberes filij cum parentibus,  
generi cum sacerdis, in balneum descendere, quia res lasci-  
ua & inuercunda putabatur, patrio more prohibeban-  
tur. Sed h.e.c ipsa ab adiunctis ducta prosequamur.

PRIMVM PRUDENTIAE FACTVM  
per locos ducitur. CAP. VIII.

**C**VM igitur plurimum referat, in reliquam totam us-  
tam recte degendam, quibus à teneris imbuamur,  
commode primum iuuentutis studia si bona intelligimus,  
laudamus augendo ab ijs, que buc spectant circumstantijs:  
quarum omnium idem hic nos locus admonet, ab autori-  
tate, doctrina, numeroq; professorū: ab autoribus, ipsisq;  
que docentur rebus: ab auditorum item, si libet nume-  
ro, alijsq; id genus circumstantijs. Atq; hic eorum pru-  
dentiam, quibus autoribus schole primum institutæ sint,  
sive Princeps senatusue fuerit, in primis prædicabimus:  
que ut elucceat, cernaturq; quasi ob oculos posita, à caus-  
sis, euentis, comparatisq;, explicandares erit maxime.  
A causis: uidisse prudentissimos homines, ea esse litera-  
rum studia, quibus, cum Rerum pub. status, tum ipsa reli-  
gio conseruaretur: in primisq; Reipub. interesse, iuuen-  
tutem in ijs, quam rectissime uersari: ut hinc lecti in sena-  
tores, iudicesq;, illi rogati in senatu sententiam prudenti-  
oratione, instructaq; exemplis, que historia suppeditat,  
sue Reipub. que declinanda sequendāue sint edoceant:  
hilegum boniq; & æquiscientia, suum cuic; adiudicent:  
scelerā

sceler a flagitiisq; animaduertenda putent. Reliqui autem  
 quibus publica non demandantur munera, cognitione re-  
 rum humanarum, atq; adçò uirtutum uitiorumq; suis in  
 rebus priuat is honeste, iusteq; uiuant: liberorum uitam  
 ita instituant, ut eos in uiros abeant, qui si fieri potest, no  
 modo sibi, suisq; sed & Patrie olim, multisq; utiles ciues  
 inscruiant. In communi autem positam religionem, cuius  
 conseruandæ uniuscuiusq; interest maxime, puram syn-  
 ceramq; uulgo per probos doctosq; concionatores reti-  
 neant: quæ recte culta, cum tantum in animis hominum  
 ualeat, ut uel sinc legibus honeste iusteq; uiuatur, leges au-  
 tem sine hac, paucos in officio retineant, quod illæ, dela-  
 ta modo conuictaq; crimina puniant, peccandi autem se-  
 pe et in occulto mutoq; loco occasio detur, sancte seruan-  
 dam hanc esse, dubitari non debet. Hæc porro illos pro  
 sua prudentia uidisse neglectis literis labefactari omnia,  
 conuulsaq; secum ruinam trahere: quod ne committere  
 tur, publiceq; & priuatim bene uiueretur, institutis scho-  
 lis rebus humanis optime consultum prospectuq; uole-  
 isse. Ab euentis: Plerosq; igitur omnes senatores, quod  
 literas historiasq; teneant, cōsilio prudentiaq; Rempub.  
 administrare: cauere, ne quid detrimenti capiat. Iudices  
 autem scientia legiūn, dare operam, ne cuiquam sua, aut  
 ui, aut iuris prætextu inique eripiantur. Que omnia, si  
 additis personis, factisq; demonstrentur, narrenturq;  
 mire augebitur oratio. Multitudinem autem ipsam, quod

literarum beneficio magna ex parte humanior sit facta,  
 moderatum & equumq; imperium ferre didicisse: tumul-  
 tus odisse. Vniuersos autem, in id incumbere potissimum,  
 ut per bonos doctosq; viros, religio seruetur: in primisq;  
 quod iudicare melius possint cauere, ne quis pro suo arbi-  
 trio affectuq; aliud, quam pium sit, concionando diuul-  
 get. Iam & uicinas gentes hoc ex studio fructum cepisse  
 maximum. Fateri enim, quos huc erudiendos misissent li-  
 beros, doctissimos accommodatisimosq; Rerum pub. re-  
 stores rediisse. Quare studium hoc, urbisq; nomine, apud  
 exteras gentes magnum sanctumq; haberi. Atq; hic na-  
 tiones urbesq; has enumerando incrementum sumet ora-  
 tio. Restat comparatorium locus, ubi maior a minoribus,  
 aut hæc illis, similia similibus, dissimilia dissimilibus, con-  
 traria contrarijs conferri possunt. Hoc itaq; ex loco, qui  
 late patet, & plura membra locosue habet, mire oratio-  
 nis corpus dilatari potest. Primum: si nostræ urbis stu-  
 dia, & inde Reipub. profecta commoda, cum aliarū gen-  
 tium urbiumq; studijs conferendo, ostendamus nostra su-  
 periora omnia, siue numero professorū, discipulorūq;  
 siue spectata horum eruditione editisq; in lucem ingenio-  
 rum monumentis, siue deniq; felici beatâq; administrat-  
 tione Reipub. à doctis uiris, religione, legibus, cæterisq;  
 cjuilibus rebus optime constitutæ conscruateq;. Deinde  
 à simili laus copiaq; parabitur: si cum celeberrimis omni-  
 um academijs, quæ aut sunt, aut fuerunt, nempe Græco-  
 rum no-

rum nostram conferamus, doccamusq; paria nostra, aut  
 omnia, aut pleraq; Neq; enim semper Platones Aristote-  
 lesq; exti: iſſe: qui uulgas philosophorum, ita multis paſſi-  
 bus p̄ecurrerunt, ut qui accutissimi uifus eſſent, quo ten-  
 derent ipsa quidem oculorū acie uix aſſequerentur. Tum  
 à diſimili: illos magno docuiſſe: quare non tenuoribus,  
 ſed ſolis diuitiibus aditum ad muſarum antra patuifſe: hic  
 multa magnaq; cōſtituta professoribus ſtipendia ex æra-  
 rio publico liberaliter quotannis numerari, tenuoribus  
 iuxta ac ditiорibus muſarum patere foreſ: illos ſuis con-  
 clauibus inclusos, ſolis ſibi ſtudiuifſe, parumq; aut nihil  
 Reipub. unde abhorrebat aut opera, aut conſilio utiles  
 exti: iſſe: noſtros & ad communem utilitatem ſua accom-  
 modare ſtudia, eò comprimis pertinere arbitrantes, ut in  
 de Reipub. fructu redate quam maximus. Poſtremo ac  
 trarijs: illos, dum alij omnia peccata paria uideri con-  
 tenderunt, perinde eſſe gallum gallinacum, aut hominē  
 interfici, alij deos nullos eſſe, alij eſſe quidem, ſed infeſio-  
 ra curare minime, plures mundos uideri, que item natu-  
 ra tribuifſet, naturaliterq; fierent, in ijs pudorem nullum  
 eſſe oportere, quare in publico cacare, nudumq; incedere  
 honeste fieri, alij honestum uirtutemq; ipsam ſumnum bo-  
 num, alij ipsam uoluptatem crediuoluerunt: hec aliaq;  
 id genus paradoxa ſubinde noua, atq; à communi ſenſu  
 aliena diuulgando Rempub. conuulfifſe. Noſtros uero,  
 ijs que natura p̄aſcribat, communisq; ſenſus probet,

suas literas accommodantes Rempub. religione legibusq; constituisse. Illos metum decorum in animis hominū minuisse: nostros auxisse. Illos à Repub. maxime fugisse: nostros administrandam suscepisse. Illos cōmūnem sensum damnasse: nostros probasse.

SECVNDVM PRVDENTIAE FACTVM  
ex locis amplificatur. CAP. IX.

**I**lsdem ex locis, & præscriptas ciuibus leges ad suæ urbis morem proprias, quod secundum prudentie factū fecimus, dilatamus. A causis: Magnam sc̄mper incommodorum uim huic ciuitati attulisse, orta controuersia, ciues foris domo procul de iure querere: iudices patronosq; conciliare: atq; illorum fidelitem caussamq; committere, quibus composita damno, tracta autem diutius emolumento esset maximo. Quæ ne mala ciues grauarent amplius, ipsorum ad consuetudinem moresq; leges esse descriptas: semperq; omnibus legendi copiam fieri: ut iuris controuersia omnino aut nulla existat, aut si qua interim oriatur, domi, non foris interpretem querant. Ab euentis: Incredibilem ex eo facto in animis multitudinis suum erga magistratum amorem esse generatum: Omnes uigo ferre faciuntq; eam ordinatiorem in rem multorum esse maxime. Neq; enim eos subinde, quibus domi res amplior est tenuiores ciues longius domo in ius uocare, forisq; malam caussam per subornatos homines tueri, trahendoq; ubi illos res defecit obtinere, quā domi iam aperte

rūce pū

rire pudeat. Vereri enim uniuersorum in se odia, si scri-  
 ptis, omnibusq; cognitis legibus domi in conspectu iudi-  
 cum ciuiumq; id defendendū suscipiant, quod parū & quī  
 patroni clamitent, magistratus intelligat, uniuersi ciues  
 improbent. Comparatione autē rem uarie augeas, si hoc  
 senatus principisue factum in scribendis legibus, cū alijs  
 praeclare prudenterq; factis conferas: forte auctione di-  
 tionis, oppidiq; alicuius adiectione: ostendasq; hinc plus  
 commodorum quotidic pluribus ciuibus, tum laudis ab  
 ijs suo magistratui redire, quam ex ista finium propaga-  
 tione. Vectigal nanq; quod inde quotannis obueniat, totū  
 propemodū in ipsius oppidi munitiones defensionemq;  
 expendi: hac autem legum præscriptione indies aliorū  
 atq; aliorum ciuium, in eum usq; diem rem omnem in ad-  
 uocatos exependentium fortunis bene consultum. Verum  
 animaduertendum maiora minoraq; hic in laude, ubi nō  
 ad fidem diriguntur, dissimilium quidem naturam induc-  
 re, sed hoc interesse, dissimilia etiam ea habēda, in quibus  
 gradus excessusq; non deprehendatur: ut si dicam alter-  
 um optimis legibus Rempub. constituisse, alterum cum  
 exercitu foris rem felicissime administrasse. Hic in alteru-  
 tro gradus excessusq; nondum apparet: quem si uerbis  
 inesse declaro, maius hic minusq; credi oportet. A simili  
 item copiam petas, si cum urbe aliqua celeberrima, & eo  
 dem pacto quod ad leges attinet, summa cum laude pro-  
 xime firmatam nostram hanc conferas: ostendasq; parē

utrobiq; diligenter conscribendis legibus magistratus  
 Principisue prudentiam extitisse. Quin et à dissimili, si  
 ijs cum oppidis conferas, ubi quod proprium ius scriptū  
 nondū habeant, foris ciues de iure querere disceptareq;  
 nō sine magna rei familiaris tactura coguntur. Nostros,  
 si qua de iure controuersia nascatur, aut per se introspē  
 cto expositoq; suo iure litem statim componere, aut do-  
 mi suos apud iudices populūq; sententiae auditorem, te-  
 stemq;, tum modicis et ferè nullis expensis, tum minime  
 longo tempore litigare: illos à suis, quibus caussa cogni-  
 ta est, ad exterorū proficiisci: ijs sēpe multūq; dare: cauf-  
 sanq; inter uallopis temporis iterum atq; iterum, quod in-  
 terim excidat non uacuis manib; aperire: hic procul  
 domo, dum alter patrie morem consuetudinemq; cū scri-  
 ptam nequeat, multorum adductorum hominum testimoniū  
 confirmat, alter contra impugnat, totam sēpe etatē  
 et rem familiarem perdere. Dissimilia hæc sunt alteros  
 sue ciuitatis ius scriptum habere proprium: domi q; cū  
 breue tempus, tū paruo disceptare: alteros foris omnia  
 temporis rei q; familiaris iactura facere. A contrariis au-  
 tem hunc in modum: hos præscriptum certumq; ius do-  
 mi ob oculos possum habere, illos nullum: hos apud suos  
 maxime notos disceptare, illos apud exterorū maxime in-  
 cognitos litigare: hos copiarum suarū iacturam nullam  
 facere, illos fortunas omnes in patronos et aduocatos  
 profundere: hos confectam caussam statum cernere, illos  
 temporis

temporis progressu perplexiora omnia intelligere: his  
subitam pacem dari, illis immortale bellum scri-

## TERTIVM ET POSTREMVM

prudentiae factum. CAP. X.

**P**ostremum prudentiae factum fuit frumento, sale, cæ-  
terisq; id genus rebus ad bellum euandæq; annone u-  
sum necessarijs conuectis, longius Reipub. in futurū esse  
prospectum. Quod ipsum per eosdem locos ad eundem  
modum quo superiora, augeri extendiq; potest. Hæc de  
patria, quæ quanquam extra personas sit, ex huius tamē  
laudibus, is quem laudandum suscipimus ornari potest  
plurimum. Iustitiae autem, fortitudinis, & temperantiae  
facta, quæ ex locis augēdiratio sit, quia hinc satis liquet,  
non prosequimur.

## GENVS HOMINIS UT EX LOCIS

sit extendendum. CAP. XI.

**T**am & in externis bonis genus esse diximus: quod si  
clarum à maioribus accepit, ut Aeneas ab Ioue primo  
sui generis autore, unde illū Ilioneus Orator, quod apud  
uatem est Regi latino commendat maxime, primum, co-  
piam petas ab adiunctis, recensendo quam longo tempo-  
re, quorum splendore factisq; & quibus in locis illustre  
extiterit. Atq; hic spatiösus seſe ad dicendum campus d-  
perit. Deinde à comparationis loco, conferendo cum illu-  
strißimorum hominum genere, ostendendoq; aut nobili-  
tate par, aut illustrius clariusq; credi oportere. Reliquis

ex locis hæc res minus commode dilatetur. Neq; enim ex omnibus ad omnem rem, copiam petas. Quod si uero aut temporis traectu fortunæq; casibus obscuratum in lucem reuocauit, aut humile sua solius uirtute factisq; nobilitauit, quemadmodum nemo laudandum negat, ita cum non extra eum, quem laudamus, sed ex ipso profecta laus sit, non hic, sed suo loco dicenda amplificandaq; erit. Infame autem genus nemo est tam nullius iudicij, qui prætermitendum dubitet.

PARENTVM LAVS PER LOCOS ducitur. CAP. XII.

**S**equuntur parentes, consanguinei, cognatiq; quoru  
sitem laus licet extra filios nepotesue sit, laudatit amē  
tis quasi lumen adferunt: maxime parentes, qui genu  
isse, educasse, uitamq; suorum à pueris ad optimam quæq;  
instituisse putantur. Quare cum prædicandis filiis con  
iunctissimi sint, atq; hinc ducta laus plurimum ponderis  
adferat, horum laudandorum quæ iisdem ex locis superi  
oribus ratio sit, subinde prosequamur: unde & sciri po  
terit, quid in consanguineis cognatisq; extollendis com  
mode fieri poterit. Cum igitur de Patria & genere dixe  
rimus, quæ parentibus cum filiis communia sunt, ea in pa  
rentibus bona, quæ ipsorum propria maximâq; sunt, nem  
pe animi laudanda augendaq; uidentur. Atq; hæc dupli  
cia sunt, alia cognitionis, alia actionis: illorū genus præ  
denta, scientiaq; horū iustitia, fortitudo, temperantiaq;  
dicetur

dicetur: illa posita in rerum humanarum diuinarumq;  
 cognitione: h<sup>e</sup>c in actione & iuste, fortiter, temperan-  
 terq; factis. Ut in Iulio Cæsare præter iustitiae, fortitudi-  
 nis, temperantiaeq; plurima facta, & scientiae, utriusq;  
 uidelicet lingue, artis oratoria, astronomiae, aliarumq;  
 pulcherrimarum artium exactam cognitionem recte su-  
 is laudibus extollas. Quapropter, si & in parentū enco-  
 mio sua in uirtutum genera spargere quæq; placet, non  
 secus ac suprà uisum est ex locis singula amplificanda  
 erunt. Verum temporum hic ordinem sequi forte com-  
 modius erit: nec leuiuscula, sed grauissima quæq; facta  
 vīm iudicio probata laudib. ferre atq; dilatare. Quod dū-  
 fit, & liberos suos ingenue educasse, liberaliterq; ad opti-  
 ma quæq; studia aluisse, negligi nō debet: quod ipsum sicut  
 per plures locos ducas, plurimū extēdeatur oratio. Erunt  
 autē singula facta primū ex adiunctorū loco extēdendaz  
 quo tēpore, quo in loco,, qua ētate, multorū auxilio an-  
 paucorū, ab ipso solo an per subornatos hoīs gestares  
 sit. A loco & tempore Cicero Pompeium Quiritibus co-  
 mendat maxime: illum in Pyratas, à quibus omnia maria,  
 omnes nationes diu iam multumq; uexabantur, extrema  
 hyeme bellum apparisse: in eunice uere, aditis praesidijsq;  
 firmatis maritimis prouincijs suscepisse: media ētate to-  
 tum confecisse. Deinde à testimonijis, quæ cur ab adiun-  
 ctis non seiungamus, suprà diximus, rem extendas. si hoīs  
 minis factum, à multis, aut paucis, doctis, aut rudibus,

principibus amplisq; hominibus , aut plebeis priuatisq;  
 approbatum ostendas . Tum à cauſſis , quo consilio fece-  
 rit , publicam gloriam utilitatemq; an priuatam , ſuā iſſia  
 us , an amicorum ſpectārit . Hinc cum poētæ historiciq;,  
 tum rhetores iſſi , non ad probandum modō , ſed et dele-  
 ctandum augendumq; ſepe copiam petunt . Cicero cū ali-  
 bi paſſim , tum pro Archia poēta à cauſſis , non ſine ſum-  
 ma iſſius uatis ſtudiorumq; humanitatis laude corpus  
 orationis plurimum ampliauit . Quæ res inquit , à nobis  
 Gracche , cur tantopere hoc homine delectemur ? quia  
 ſuppediat nobis , ubi et animus ex hoc foreniſtrepitu  
 reficiatur : et aures conuicio deſeffæ conquiescant : et  
 quæ ſequuntur plurima . Excufus nanq; longior eſt , qui  
 à cauſſarum ſumptu loco , atq; adeò ab adiunctis quæ in  
 illas couertuntur , corpus orationis mire uestit . Neq; hic  
 mirabitur quisq; excuſum ex locis ſumi , cum dixerimus ,  
 certūq; ſit omnia inde duci , atq; adeò iſſas figuræ , quod  
 ſuo docebitur loco . Summa aut̄ digreſſionis , quæ à cauſſis  
 ducitur hæc eſt . Propterea ſe uate delectari , quod ex ijs  
 quæ ſuppediat , literisq; quas tenet , non modo ſe honeſte  
 oblectet , ſed et ſuam orationem , dicendiq; facultatē au-  
 geat : tum p̄ceptis exemplisq; uirtutum , quæ à ſummis  
 autoribus utriusq; linguae literis ſunt mandata , ijsdemq;  
 conſeruantur , anum ſuum iam inde ab adolescentia im-  
 buerit , et ad laudem honeſtatemq; ſequendam p̄cepte  
 ris rebus omnibus , in primis conformatarit . Vnde factum ,
 ut neg

ut neglecta sua uita, pro Repub. maximas in dimicatio-  
nes, & quotidianos profligatorum hominū impetus sese  
obiecerit. Qui tantus fructus, si non ex studijs rediret, so-  
laq; inde delectatio caperetur, tamen cū præ cæteris re-  
bus omnibus, quæ delectationē adferant, sola literaria o-  
mnium sit temporū, ætatum, atq; locorū, humanissimam  
liberalissimamq; hāc animaduersionē iudicari oportere.  
Iam uero ita instruclū Archiam esse literis, ut uel extem-  
pore magnū numerū optimorū uersuum faciat: Cimbri-  
casq; res adolescentem scribendas suscepisse: charumq;  
Mario Imperatori fuisse Mithridaticū autem bellum, nō  
sine summa populi Rom. laude totum conscripsisse. Atq;  
hic errare uehementer, qui Latinas Græcis literis antef-  
rant: quòd hæ ubiq; gentium, illæ exiguis contentæ fini-  
bus legantur. Postremo, illum res et à se in consulatu suo  
pro urbis salute gestas, uersibus attigisse, atq; inchoasse.  
Hæc sunt ferè totius excusus firmamenta caussæq; cur  
uati bene uelit: iudicibusq; quid facere debeant præscri-  
bat: quas ut grauiſſimæ uideantur, et ex comparatorium  
loco dū sumptis inde pugnat exēplis, copioſiſſime instru-  
it. Tum subinde ab euentis factū hoīs adaugeas, si quan-  
tam inde gloriam utilitatemq; Respub. aut ipse, amiciue  
ſint cōsequuti oratione persequaris: quantoq; in honore  
deinde uixerit: aliaq; id genus multa, quæ pro cauſarū,  
personarūq; uarietate alia atq; alia erūt. Restat cōpara-  
tionis locus, ad amplificādū accōmodatisimus: ubi nostri

hominis, cum aliorum præclare factis conferendo, ostendas nostra, aut maiora, aut similia esse ducenda. Quæ in parentibus laudandi amplificandiq; ratio est, quam paucis perstrinximus, eadem in consanguineis cognatisq; putanda.

LAVS HOMINIS A FORTVNIS  
per locos dicitur. CA. XIII.

**D**E fortunis que & externa bona sunt, subinde nobis est dicendum. Hæ autem quantæ sunt, quot numero prædia, quo sita in loco, quo tempore sive donata, sive suorum testamento legata, parentib[us]ue relictæ accepit, emeritue, ex adiunctorum loco narrandum locupletandumq; erit. Deinde ex descriptionis loco, situ prædiorum, atq; hortorum, ad flumina seu fontes, & factas hic ad uoluptatem structuras pluribus licet uerbis depingas: quemadmodum Homerus Alcinoi hortorum: & maxime, si is, quæ laudas, Princeps sit, urbesq; in quas imperium habet describas. Quin & huius fortunas cum aliorum facultatibus conferendo, ex comparotorum loco mire locupletabitur oratio: ostendendoq; aut genere, numero, fertilitateq; maiores amplioresq; putandas, aut situ ad flumina, seu fontes, rebusq; manu factis, atq; ad uoluptatem structuris iucundiores amoenioresq; Quod si uero eorum, quibuscum nostras conferimus, omnium iudicio amplissimas esse copias constiterit, pares ostendisse contenti esse possumus. Spectandum etiam, atq; cum materia

teria delibrandum, ecqua & adissimili contrarijsq; co-  
pia peti posse. A dissimili hoc pacto: nostro praedia esse  
agrosq; suburbanos, unde certus ferè quotannis fructus  
redeat: illis non modò longius domo, sed & aliena in di-  
tione sitos: ijsq; expositos fluminibus, quæ sepius inun-  
dando sata omnia obruant atq; cōuellant. A contrarijsz:  
nostro flumina fontesq; irrigando agros utilitatem ad-  
ferre maximam, illis in sata erumpendo, eademq; conuel-  
lendo in commodum adducere summum: huic aquarum  
cursum prodesse, illis eundem ipsum obesse: huic uolu-  
ptatem adserre, illis mœrorē tristitiamq; dare: huic uel  
exerto bello omnem ex agris fructū redire, illis nullum:  
huius praedia urbis horreum alimentumq; in hostes esse,  
illorum contra hostium in urbem: his patriam defendi,  
illis oppugnari: Quod si uero Principem laudandum su-  
scipias, potentiamq; eius, gentis sua, urbiumq; genere et  
numero predices, quo res maior, illustriorq; fuerit, hoc  
magis his ex locis extendas.

QVAE CORPORIS BONA IN HO  
mine exclocis amplificandi ratio sit.

## CAP. XIII.

**H**actenus de externis bonis eius, quem laudamus:  
que quidem pro personarum uarietate, alia atq;  
alia existunt: que persequi, cum infinitum, tam minus fru-  
ctuosum foret. Quare ad fontes ipsos ducere cōsilium fu-  
it: usumq; locorum in ijs, que omnibus communia sunt,

laudemq; merentur monstrare: ut horum usum cognito,  
 pro causæ cōditione, quantam quisq; uelit moram ubiq;  
 facere in augendo posset. Corporis autem bona esse dixi  
 mus, staturam figuramq; corporis: ualitudinē roburq;  
 ipsam deniq; formam. Hęc quanquam leuiora sunt, suam  
 tamen laudem merentur: certaq; interim animorum in-  
 dicia esse solent: unde Homerus, cum in Thersite garru-  
 litatem, animiq; uitium nobis depingi uellet, nescio quo  
 modo non tam male facta, quam corporis deformitatem  
 uitiaq; explicando, uitiosissimum ipsum introduxit.  
 Idem staturam grandiorēm, roburq; in Principibus ma-  
 gnopere prædicat: ut qui Agamemnoni staturā magnā,  
 cui maiestas inesset regia, tribuit: Ulysses illo quidem mi-  
 norem, sed latissimis humeris & pectore describit. Iam  
 uero Atacem illum, non ambobus modò his, sed cæteris  
 Achiis omnibus corporis statura & robore antecellen-  
 tem introduxit. Nec noster hanc in suis laudem neglexit:  
 qui cum & in cæteris, tum maxime in Aenea & Turno  
 principibus corporis bona laudat. Et Daretum cum alta  
 statura, latissimisq; humeris, quod certum virium argu-  
 menū esse solet, in singulare certamen produxit, eius  
 tamen antagonistam Entellum, uel senem, magnitudine  
 corporis viribusq; adeò superiorēm facit, ut illum, nō se-  
 cus ac qui frustra urbem, aut castellum oppugnet, hunc te-  
 merè infeliciterq; aggressum dicat. Forma plus laudis  
 meretur: præsertim in Principibus viris, grauitas oris,  
 maiestasq;

maiestasq; in uultu: hec in primis pondus orationi, auto ritatemq; tribuit: tantumq; in animis Gallorum hostium valuisse T. Liuius scriptum reliquit, ut cum urbe capta audi prede in principum atria irruerent, cernerentq; hos cum ornatu habituq; paulo humano augustiore, tum maxime oris grauitate atq; maiestate dijs simillimos domi sedentes, ante horum ora, sicuti Deorum simulachra uelut uenerabundi considererint: nihilq; in hos ferro grauius facturi faciunt, nisi M. Papirius principum unus prioram mouisset. At qui & hinc augendi modum, usumq; locorum explicemus. Staturam, robur corporis,orisq; decus quantum sit ubi ab adjunctis satis expresserimus, à causis et euentis deinde dilatemos. Fuisse huius maiores, homines cum insigni statura & robore, tum quadam modestia orisq; grauitate præditos: semperq; operâ de dischunc, ut que à natura ad sui nominis dignitatem amplitudinemq; acceperit, certa uiuendi ratione aleret, pro ueheretq; nullant Vetus, Bacchusq; inmoderatior, corporis uires uigoremq; auferret. Quare ea iā ualeitudine esse, ut nulla corporis imbecillitas ob sit, quo minus in rebus cum granitate agendis, suo, amicoru, & Reipub. tēpori seruat. Quintiā cōparatione rē extendas, sicū alijs amplissimis hominibus cōferas: ostendasq; in hoc nostro, aut similitudinē, aut excessum esse, aut etiā dissimilitudinē: si aut pceritate, ipsoq; robore, et ualeitudine, aut ipsius uultus grauitate maiestateq; multis partibus sit superior.

QVAE RATIO ANIMI BONA EX  
locis amplificandi. CAP. XV.

**R**estant animi bona, quae ut cuiusq; propria sunt, ita  
præ ceteris laudem mereri suo iure maximam so-  
lent. Hec laudandi duplex via est: aut enim ad sua uirtut-  
um genera, ut supra uisum est, quæq; referentur: sua pru-  
dentiae, iustitiae, fortitudini, & temperantiae tribuendo fa-  
cta: aut quod non minus commode fiat, temporum serua-  
biuer ordo. Itaq; dicendū, quā pueriliam adolescentiamq;  
transegerit: quæ sequutus studia: quantumq; in ijs, &  
quām breui sit assequutus. Atq; hic, si forte insigne inge-  
nij specimen, indolisq; haud uulgaris bonitas eluxerit,  
pluribus erit uerbis extollendum: quo uidelicet tempo-  
re, quo in loco, apud quos, qua in re, alijsq; id genus addi-  
tis circumstantijs, quas adiutorum locus suppeditat.  
Quod si forte opera pretium uideatur, & hæc ipsa per  
pluresducendo locos, plurimum extendas. Aetate autem  
iam magis inualescente, si qua scripta honesti sui studij,  
uoluntatisq; testimonia in lucem edidit, primum qualia,  
quamq; ipsa sint narrandum, quantuq; inde ad plures  
fructus redeat. Quæ item seu doctorū, seu multitudinis,  
seu uniuersorū de ijs testimonia iudiciaq; existant. Quæ  
ubi ex adiuncti orum testimoniorumq; loco, quem eundē  
esse diximus prosequutus fueris, à causis subinde auges-  
tis: quod à multis, magniç; nominis hominibus, siue ro-  
gatus, siue ultro iungandi studio ad scribendum se contine-  
teris.

terit. Ab euentis: non modò hominum de se expectationi respondisse, sed et uicisse: nec in una atq; altera, sed in pluribus nationibus ipsius scripta legi, laudariq;. Atq; hic et enarrandum, quorum expectatione maiora cmise rit: quibusq; in provincijs plurimum probentur. Iam ue rò et huius cum probatis magnorum autorum scriptis conferas: ostendasq; potiora multo, melioraq; hominum consecuta esse iudicia: aut maximis summorum autorū monumentis, paria esse atq; iudicari. A dissimili etiā amplifices: si in ijs, quibuscum confers scriptis dissimilitudinem esse ostendas: ut si Hippocratis et Galeni medicorum opera, cum Pauli et Pomponij iureconsultorū scriptis conferas: illos rerum naturalium, hos ciuilium scientiam tradidisse: illos de uita, hos de fortunis sollicitis bene consiluisse: illos præcepta dedisse ne morbus iuncat, et eger moriatur, hos ne auarus triumphet, et suum alteri eripiat: deniq; illos cauisse ne ipsa præmature uita, hos ne sua cuiq; res iniuste auferatur. Hinc mire Cicero, non sine delectatione corpus orationis auxit, dissimilitudinem studiorum Murenæ et Sulpitij pluribus uerbis explicando. Hunc in modū singula quidem, tam domestica, quam publica facta, quæ laudanda uidebuntur, seruato temporis ordine, enarranda amplificandaq; erunt: qua ratione domi uixerit, liberosq; educarit: ad quæ studia miserit, liberaliterq; aluerit: quos in viros aut abierint, aut sequasuros certam de se spem patri patrīeq; prebuerint.

Que si persequaris omnia, ducasq; per locos, incrementum  
 tures ipsa sumet maximum. Iam & quid cōmodi ipse,  
 siue re operaq; siue consilio Reipub. præstiterit. Quale  
 est, si dum aliquādo, ut sepe, maximis de rebus bene Rei-  
 pub. consulendum fuit, inopsq; consilij multitudo ea faci-  
 li momento sequenda putasset, que probata, Reipub. sta-  
 tum eversura penitus fuissent, hunc in concione prodijisse  
 dicas: & prudenti oratione, que ex his aut illis inceptis  
 commoda, malāde Reipub. impendeant, edocuisse: eaq;  
 suscipienda persuasisse que cum singulis tranquillitatē,  
 utilitatemq; tum uniuersis nomen, gloriamq; attulerūt.  
 Atq; hæc aperienda, pluribusq; uerbis ex locis alijs atq;  
 alijs explicanda erunt: que res ad ita consulendum anti-  
 mum potissimum impulerit: que si honesta, utilisq; fuit,  
 uenta uotis respondisse pulchrum erit. Quanta autem  
 gloria emolumentaq; inde Reipub. euenerint, quis item  
 ad consultorem fructus honosq; ab uniuersis uicissim re-  
 dierit, copiose erit exponendum. Postremo comparatio-  
 nibus rem extendas: cum urbis conditoribus, aut muni-  
 toribus huius factum conferendo: & aut mauis, aut simi-  
 le, dissimileq; ostendendo. Illos urbem quidem condidisse,  
 hunc conditam prudentia sua ab exitio conseruasse: illos  
 partim fundamenta iecisse, partim mœnia tressq; in ho-  
 stes propugnacula, non sine summis oppidanorum im-  
 pensis laboribusq; altius eduxisse, hunc unum ipsa modò  
 ratione consilioq; nō mœnia solum, urbemq;, sed & for-

tunas omnium uitamq; seruasse. Quantum etiam ciues  
grati uicissim postea huic honorē, gratiamq; habuerint,  
cum ijs conferas licet, quibus ob praeclarissima in Rem=pub.  
merita, non ingratia extiterunt: doceasq; aut maiora,  
aut paria huic contigisse omnia. Quod si uerois quem  
laudas Princeps sit, exercitūq; duxit, præterquam quod  
ex his locis omnibus, ab adiunctis quæ late patent, pas=si=fi=q;  
usui sunt, à testimonijis, à causis, ab euentis, ex com=paratione maiorum, minorum, à simili, à dissimili, à con=trariis, copiam petas, ctiam à descriptionis loco amplifi=cis maxime: cum aut stratagemata genusq; militum, &  
armorum, aut urbes quas cepit, regionesq; & gentes,  
mores, aliaq; id genus suo queq; loco describas. Porro  
cum temporis hic seruandus sit ordo, danda est opera, ut  
leuiora, aut omittamus, aut paucis perstringamus. Quæ  
uero magna sunt, & prudenter, iuste, fortiter, modesteq;  
facta, laudem in animis hominum maximam merentur,  
per plures ducenda locos, plurimumq; dilatanda erunt.  
Quæ autem laudari facta oporteat, horumq; numerum,  
personæ quas laudandas suscipis, secum adferent: in qui=bus singulis augendis, cognitis his locis, quantam ipse uo=les, moram trahas.

UT EA EX LOCIS AVGENDA,  
que post mortē acciderūt. CAP. XVI.

**C**on igitur hunc in modum que toto uitæ cursu re=te fecit, uerbis extulcris, dilatauerisq; non negli=

gendum modò excessit è uiuis, & quæ uita iam defuncto  
 uirtutis ergò magna acciderunt. Nam cum magnis uiris  
 dum uita manet, laudemq; sequentibus comes sit inuidia,  
 fit, ut morte iam sublatis, creptisq; quos nocitura sequi-  
 tur, sese auertat: patiaturq; mortuis, quem uiuis noluit,  
 suum honorem deferri. Quare si & huic uita defuncto,  
 aut tumba publice magnificentius sit extracta, aut statua  
 erecta, aut deniq; quotannis ad sempiternam huius me-  
 moriam, rerumq; ab ipso gestarum aliquid statis diebus  
 fiat, quanta hæc sint, quo tempore fiant, quo in loco, à qui  
 bus, quantis impensis, quanto studio, alijsq; id genus ex-  
 plicatis circumstantijs, quarum adiutorum locus nos  
 admonet, copiose erit exponendum. A caussis item et hæc  
 si uoles amplifices: que ipsius in Rempub. merita con-  
 stent: cur tantum, uel emortuo honorem constituerint.  
 Ab euentis hic nihil sumas, cum explicata ex adiutoriū  
 loco, caussas suas præcesserint: nisi propterea hæc de-  
 functo contigisse dicas, ut statuto præclare factis summo  
 honore, plures ad imitandum pellicerentur: exponasq;  
 ea ita ex sententia euenisse: pluresq; honoris præmio in-  
 citatos, ipsam uirtutem sequendo, nominis immortalitatē  
 uenari. Quinetiā ex comparationis loco locupletari res  
 potest maxime: si uirtutis præmia, monumentaq; huic  
 post mortem constituta, cum regum parentationibus, su-  
 nebribusq; honoribus conferas: atq; ostendas, studio ho-  
 minum ultrò hæc prestantiū illos superasse: rcrū autem  
     magnific

magnificentia æquaſſe. A diſſimili item: illis à regijs, re-  
glaq; pecunia funebria magnificentius adornata, huic ab  
unuero populo, æreq; publico ſplendide inſtructa: illis,  
qui a reges uixerunt, mortuiq; ſunt, huic quod patriæ cō-  
ſeruator extitit, mortuusq; ſit, habitus eſt honos: illis ne  
regium nomē leue in animis uulgi putaretur, huic ne ſua  
uirtuti præmia deeffe uiderentur. A contrarijs: illos ſub-  
diti maxime oderunt, hunc ſuī ſummo honore prosequi-  
ti ſunt: illos noua conſtituendo uigilalia, annonam, ui-  
clumq; communem aggrauaffe agnoscunt, hunc uirtute,  
prudentique conſilio plurimum leuaffe intelligunt: illos  
uiuos tyranos execrati ſunt, hunc patriæ patrem con-  
ſeruatoremq; appellantes, amplexi ſunt: illos post mor-  
tem, uel ab alijs honorari ægre ferentes, quantum in ſua  
poſitum poſteſtate impediuerunt, hunc contra uniuersi-  
æ qualiſtudio, ſummiſ honoribus ultrò affeſcerunt. Quæ  
ratio ſit perſonas laudandi, ab externis, corporis, ani-  
miq; bonis, atq; adeò ab ijs, que has tempore antecedūt,  
ſimul iuncta, & post inſecuta ſunt oſtendimus. Antece-  
dunt autem homines tempore, patria, parentes: cum ijs  
coniuncta ſunt, fortunæ, corporis, animi q; bona omnia:  
post autem inſecuta ſunt, habiti post mortem honores,  
præclarāq; de ijs hominum iudicia. Quia autem uia ſin-  
gula ex locis copioſe inſtrui, augeriq; poſſint, ut cunq; a-  
periuimus: non quidem eo conſilio, quod tantam copiā,  
quāquam paucis rem perſtrinximus, in cuiuſuis homi-

nis laudem, (quis enim finis?) temere addicendam putemus: sed ut monstrato locorum usu, pro causa conditio ne quantam quisq; inde uelit, copiam peteret. Neq; enim hic cuiq; quid fieridebeat prescribimus, sed quid possit.

**Eadem QVAE LAVDANDI ET  
uituperandi hominis ratio. CAP. XVII.**

**P**orrò uituperandi quæ ratio sit, hinc facile intelligi potest. Siquidem idem ordo eademq; per omnia uia in uituperandis externis, corporis, animiq; malis erit sequenda. Patriam igitur, parentesq; bonos habuisse, atq; inde degenerasse, patrimoniumq; dilapidasse, ut Catilina, tam uitium, dedecusq; est, quam cui haec mala obtigerunt. In corpore autem, si qua sit deformitas, ut in Therstue, suis erit uerbis exaggeranda: si nulla, forma, uiribusq; male usum fuisse, odio, dedecoriq; erit magno. Ante autem profecta uitia, flagitiaq; seruato temporis ordine, nisi in sua uitiorum genera spargere queq; mavis, perpetua oratione, quod in L. Pisone facit Cicero, erunt explicanda, atq; exaggeranda. Quod si forte et iam uita defunctis aliquid accidit, quo turpitudo odiumq; augeatur, non erit silentio prætermittendum. Singula autem eadem ratione, qua superiora, ex locis augenda amplificandaq; erunt,

**QVAE VRBES EX LOCIS COPI**

**V**ose laudandiratio. CAP. XVIII.  
Rbium laus quæ sit supra attigimus: sed cum latius pateat

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. II. 91

Pateat, quām in personarū laude indicare operæ pretiū esset, quæ has laudandi atq; ex locis augēdi ratio sit, seorsum hic breuiter aperiamus: laudantur non secus atq; homines. Quare & hoc adiunctorum locus erit ad mouendus: quo admonemur, primum ea spectanda, quæ tempore præsentem urbis celebritatem antecesserunt: ut conditor, ciuesq; qui administrarunt, inhabitaruntq;: inde quæ ipsi sunt tempore coniuncta, ut ager, flumina, montes, mare, portus, mœnia, foveæ, tecta & ciues, qui inhabitant: postremo quæ insecura infortunia, quibus cō memorandis commiserationem mouemus, ipsisq; everso ribus odium conflamus. Ut si quis Athenas, aut Romanam, ut quondam fuit, laudet, dicatq;, quibus artibus iaminde à primis iactis à Romulo fundamentis eò incrementum acceperit, ut non modò Italie urbium celeberrima, sed totius terrarum orbis caput, lumenq; extaret: & quorum deinde uitio, inertiaq; concidere, retroq; labi cœperit. Sed cum ferè laudem sibi h.ec potissimum uendicent, quærum celebritas dignitasq; in omnium posita oculis elucet maxime, quæ has ab ijs quæ tempore antecedunt, simulq; iuncta sunt prædicandi via sit, indicabimus.

VRBIS LAVS A CONDITORE,  
per locos dicitur. CA. XIX.

**C**onditorem igitur commode primum ex descriptiōnī loco, atq; adeò ab adiunctis describemus: unde cognosci potest, quæ ipsius potentia, & præsertim

## 92 GERARDI BVK. DE INVENT.

que animi uirtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, tempe-  
rantiaq; fuerit. Deinde à caussis erit augendum: cur eo  
in loco urbem locarit: que si maritima fertiliq; in agro  
posita sit, eo nimirum consilio fecisse dicendum, ut hinc  
mari, hinc agro magna uis hominū ali sustētariq; posset.  
Tum euenta erunt explicanda: quanta iam inde à condi-  
ta urbe hominum multitudo, uictum hic, quomodo, &  
quām facile querat. Postremò conferendo hanc cum alia=  
rum urbium agro, situq;, mire rem extendas: ostenden= 15  
doq; huius agrum, aut fertiliorem, aut certe parem esse,  
nullaq; in re deteriorem. Dissimilitudinem autem ex situ  
forte colligas: hanc maritimā, illas esse campestres: huc  
cum terra magna, tum nauibus maxima onera aduehi: il  
luc plaustris modō res asportari. Iam & actus in primo  
illo urbis conditore spectandos esse, adiunctorum idem  
nos locus admonet. Quod si igitur legibus & religione  
Rempub. nouam primus bene constituit, à caussis exten= 16  
denda res erit: eo nimirum consilio fecisse, ut iuste, pieq;  
uiueretur: & quos lex non posset, religio in officio reti= 17  
neret. Deinde euenta explicanda erunt: qui mores, ex eo  
usq; tempore iuste, modeste, pieq; uiuentium, tum uiuero= 18  
rum, tum singulorum exciterint. Que omnia si ut gesta  
sunt copiose exponas, incrementa sumet oratio, maiora  
quidem, si queq; & ex comparitorum loco dilates. Pre= 19  
ter hæc, si quid recte instituit, considerandum: ut si idem  
simul cū urbis primordijs literarū belliq; studia crexit:  
illis ut

illis ut animi diuinarum humanarumq; rerum cognitione imbucentur, his ut suas suorumq; fortunas tueretur. Consilia ubi exposueris, euenta inde ab urbe cōdit a enarranda erunt: quot quantosq; viros undecunq; doctissimos, & quo quemq; tempore tulerit: quae cuiusq; eruditio testimonia scripta extent. Atq; hæc subinde comparando dilatabantur maxime. Hunc in modum & quæ interim belli studia, & fortia facta extiterint, prosequendum erit: quæ nunc uniuersorum, nunc singulorum militie fortitudo, uirtusq; & quo tempore, quo in loco comparata, perspectaq; sit. Atq; hic non solum ex comparationis loco, si uoles, quæ varie extendas, sed & personas describas: consiliaq; faciendi aperias. Breuiter, quæ ratio urbes laudandi ab ijs, que tempore præcesserunt, usumq; hic locorum ostendimus. Verum, si ut sepe de cōditore, bonisq; eius institutis nihil certi in medium adserere poterimus, solumq; in confessu sit urbem uetus tam esse, semperq; ferè incrementū sumpsisse, nihilominus quorū id administratione uirtuteq; contigerit, narrandum erit: que nunc singulorum, nunc uniuersoru prudenter, iuste, pie, fortiter, temperanterq; facta extiterint, quo Respub. nomen uiresq; accepit. Atq; hic singula cuiusq; facta, ex adiutorum loco copiose, omnibus exposuitis circumstantijs enarrari, personæq; describi possunt. Tū quæ causæ iam uniuersos, iam singulos ad faciendū impulerint dicendum. Varie autem per comparationē uniusq;

quodq; amplifices, dum aut excessum, aut similitudinem,  
aut dissimilitudinem, aut deniq; rerum pugnatiā, con-  
trarietatemq; ostendis.

VRBIS LAVS AB HIS, QVÆ HVIC  
simul tempore coniuncta sunt, & primum  
ab aeris temperie per locos ducitur.

## CAP. XX.

**R**estant ea persequenda, quæ urbi quam laudamus,  
simultempore sunt coniuncta. Hic primum spe-  
ctandum, quo in climate, coeliq; parte sit posita, unde aë-  
ris temperies cognosci potest. Neq; enim parum refert,  
languidioribus, an feruentioribus, seu temperatis solis  
radijs sit subiecta: ut sunt ferè omnes hæ, quæ inter Can-  
cri Vrsaq; circulos sunt positæ. Deinde dicendum erit  
de agris, qui adiacent: de fluminibus, stagnis, piscinis,  
montibus, ipsoq; mari, si aut vicinum est, aut urbem allu-  
it. In ijs autem omnibus ea, quæ fructuosa amœnaq; sunt  
laudibus uehenda esse idem qui omnium, adiunctorū nos lo-  
cus admonet. Siquidem agros fertiles, fluios piscescos, na-  
vigabilesq; montes uitibus consitos, tum mare nauibus  
frequentatum, hoc ipso quod fructus uoluptatesq; maxi-  
mas adferant, & urbis nomen dignitatemq; in primis cō-  
seruare dubium non est. Spectari item potest, in orāne  
an meditullio prouinciae sit posita: quod genus circum-  
stantias copiose Græci, ut quos uerba non deficiunt, per-  
sequuntur: præsertim Menander rhetor, qui de laude se-  
orsum

orsum scripta reliquit. Verum dum hic in laudando ex loci positione circumstantias, quod infinitum est, studiose prosequitur, eorum quae omitti minime debuissent, quae uidelicet publicæ munitiones, interiorq; ciuium structura esset, ne meminit quidem. At qui nos ad locos, atq; adeo ipsos ad fontes laudaturum ducimus: unde quantum pro suo quisq; arbitrio uolet, hauriat. Nam cum urbiū ad laudem pertinentes circumstantias explicare infinitū sit, quod unicuique ferè, præter diuersa hominum studia, rationemq; querendi uictus sua quedam propria à natura sint attributa, alijs nempe aurifodinae, alijs thermæ, alijs alia id genus innumera, cognito adiunctoru loco, in hoc instructus sit, ut sciat, quæcumq; præterita præsentiaq; splendorem urbi, commodum, seu proprium, seu cum ceteris commune adferant, laudari oportere: quæ per reliquos deinde ducta locos, augentur plurimum. Postremo igitur de publicis munitionibus, interiorq; ciuiū strutura, & ipsis ciuibus erit dicendum. Hæc igitur ab adiunctis ministrata, copiose erunt singula omnibus enarratis circumstantijs explicanda: & per reliquos subinde locos ducenda, amplificandaq;. Itaq; si in bono climate sita sit ciuitas, primum aëris temperies, cœliq; clementia, & temperata sub ipsa solstitia dierum nocturniq; longitudo, pluribus erit describēda. Deinde à causis hæc erunt locupletanda. Non enim aut solis ignibus, aut septentrionalibus frigoribus nimis esse subiectam: sed in medio posuitam,

sitam, hinc frigora, hinc aestum fugisse: unde & illud die  
rum noctiumq; suo tempore nec maius, nec minus iusto  
incrementum: quorum alterum sub Arcto, alterum sub  
solis cursu positis accidit. Ab euentis: quare homines nul-  
la aëris intemperie impediri, quo minus toto anno uictū  
domi & foris querant: omniaq; in agris felicius proue-  
niant. Accedit cò, & ipsa ingenia, cæli beneficia præsen-  
tiora, perspicacioraq; reddi. Et hæc quidem omnia mul-  
tis explicari possunt. Postremò & ex comparatione pe-  
tenda copia est: ut si hic auram salubriorem hominibus,  
maturescendiq; frugibus accommodatiorem declares, q  
eius, qua cum confers urbe. A simili autem extendas, si  
cum ea urbe conferas, cuius positum pluribus notum, ma-  
ximeq; probatum uides. Hunc in modum si uoles, & dissi-  
militudinem repugnantiamq; collatione aperias. Quod  
autem hac uia, ordineq; ex locis amplificandi commode  
utamur, tamen cum & aliter recte fiat, nemo sibi hic le-  
gem præscribi putabit. Nam postquam ex adiunctorian  
loco, qui omni rei de qua agitur adiunctus est maxime,  
qua uoles ob oculos posueris, deinde ex comparatione  
copiā sumas: & si magis augere uoles, subinde à cauiss  
augeas licet. Verum id aliter atq; aliter fieri posse, in uni-  
uersum sit dictum uolo: adeò, ut sepe dum uno in loco  
longiorem moram trahimus, plures interim alij ex suo  
aliquid, uel antequam inde digredimur communicent.

Latus

LAVS VRBIS AB AGRIS, FLVMI  
nibus, publicis item munitionibus, tectis,  
ipsisq; ciuibus, per locos dicitur.

## CAP. XXI.

**H**AEC de aëris temperie : de agris subinde dicendū :  
de fluminibus, stagnis, montibus, piscinis, & ipso  
deniq; mari, aut uicino, aut urbem alliente: quantaq; ex  
singulis utilitas, uoluptasq; capiatur, ab adiunctis copio  
se erit exponendum: nunc ea ipsa describendo, nunc aut  
classicorum autorum, si fieri potest, aut uicinarum gen-  
tium testimonij confirmando. Atq; hac uia res quidem  
ipsa mire augeatur. Quod si uero magis hæc extendi uo-  
les, singula celeberrimis urbis comparando, ostendes  
hanc, siue agri ubertate, siue fluminū copia uoluptateq;  
siue deniq; ipso maris usu alijs longe superiorē, alijs cer-  
te per omnia parem esse iudicandam. Iam & de publicis  
urbis munitionibus, tectisq; dicendum: quantaq; sit foue-  
rum, aggerum, murorumq; altitudo, latitudoq; erit de-  
scribendum: quis portarum, turrium, propugnaculo-  
rumq; numerus: qua magnitudo firmitasq; quot belli-  
cis machinis rebusq; ad arcendam vim accommodatis,  
sint omnia reserta. Hec ubi pluribus exposita uerbis, de-  
scriptaq; fuerint, à causis est augendum: cur foucas, moe-  
ni, aggeresq; ita duci, poniq; placuerit: quo cōsilio hac  
distantia, hoc in loco, turres propugnaculaq; locarint:  
cur tantis sumptibus, tot tantisq; laboribus eò omnia

cuixerint, nempe, ut quam minima manu hostiles incur-  
 siones, impetusq; sustinendo, propulsandoq; uitam, for-  
 tunasq; suas defensarent. Atq; hic subinde euenta narra-  
 buntur: quorum hostium impetu, oppugnationesq; quo-  
 & quanto tempore fortiter sustinuerint: furorem frege-  
 rint: discedere demum cum ignominia pauci plurimos  
 coegerint. Quin & postremo comparatione omnia ma-  
 iora amplioraq; reddas, maximis munitissimisq; urbibus  
 hanc, aut munitione per omnia parem docendo, aut mul-  
 tis etiam partibus superiorem. Atq; haec & à vicinarum  
 gentium testimonij, præclarisq; regum, atq; magnorum  
 hominum iudicijs dilatari possunt. Tecta autem cuiu[m] fre-  
 quentiora, magnificeq; exiructa, tum plateas, foraq; ad  
 hominu[m] usum latiora, diuorumq; templ a angustiora esse,  
 quod non parua laus sit: ut quæq; maxime excellunt, ita  
 pluribus erunt uerbis ornanda, hominumq; de ijs testimo-  
 nia iudiciaq; adferenda: tum cum uicinis pulcherrimisq;  
 ciuitatibus conferenda, quo ipso, aut parcm, aut longe  
 maiorem huius celebritatem magnificentiamq; edoceas.  
 Quod si libet, & hec ipsa ex alijs locis licet extendas.  
 Restat de ciuib[us] esse dicendum: horum iam uiuentium,  
 cum de uita defunctis dixerimus, que studia, qui mores,  
 que præclare facta existant spectandum. Commodo autem  
 quæq; in sua uirtutum genera spargas: & sua pru-  
 dentiae, sua iustitie, que erga deos religio, erga parentes  
 pictas dicitur, sua item fortitudini, t[em]perantieq; assig[n]es.  
 Cæterum

Ceterum cum supra in patrie laudibus laudandi amplificandiq; rationē ostenderimus, quae insistenda hic via sit, inde peri potest. Hacc de urbium laudibus, unde que uituperari oporteat, res nēpe cōtrarias, facile colligi potest.

## QV AE FACTA EX LOCIS COPIO

se laudandi fit ratio. CAP. XXII.

**F**acta ornandi, & amplificandi quæ ratio sit, subintendam: in quibus laudandis, uituperandisq; cum & rhetores, tum maxime historici, heroiciq; uates uersantur. Temporis autē seruato ordine laudari oportere ipsa nobis præscribit ratio: poëtis tamen id, quod suo loco dicetur, de industria mutantibus. Præcipui autē hi loci sunt, caussæ & euenta: quanquam alij omnes, quæ supra, & hoc adhiberi possint: expositis primū caussis, deinde quæ euenerint explicetur Quare Vergilius postquam paucis proponendo, misasq; inuocando, hominum animos sibi beneulos, attentosq; reddidit, caussasq; statim commorat, cur Aeneam Iuno insignem pietatem uerum, tot labores periculaq; adire coegerit.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni

Carthago: Italiam contra: Tiberinaq; longe  
Ostia: diues opum, studijsq; asperrima belli.

Quam luno fertur, terris magis omnibus unam,  
Posthabita coluisse Samo: hic illius arma,  
Hic currus fuit: hoc regnum Dea gentibus esse,  
Si qua fata finant, iam tum ienditq; fouetq;

Progeniem sed enim, Troiano à sanguine duci  
 Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces.  
 Hinc Populum late Regem, belloq; superbum  
 Venturum excidio Lybiæ: sic uoluere Parcas:  
 Id metuens: ueterisq; memor Saturnia belli,  
 Primo quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.  
 Nec dum etiam causse irarum, sœuiq; dolores  
 Exciderant animo: manet alta mente repostum  
 Iudicium Paridis: sprætæq; iniuria formæ:  
 Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.  
 His accensa super, iactatos aequore toto  
 Troas reliquias Danaum, atq; immitis Achillis  
 Arcebat longe Latio: multosq; per annos  
 Errabant acti fatis, maria omnia circum.  
 Tantæ molis erat Romanam condere gentem.  
 His irarum Iunonis è causis, quæ infortunia Aeneæ Troi  
 anisq; euenerint, dum complures annos mari errare, &  
 deinde in Latio bellum gerere coguntur, Poëta subinde  
 fusissime narrare occipit: et uix duodecim libris absoluit.  
 Vix è conspectu Sicula telluris in altum  
 Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant, &c.  
 Sic & ante hunc in utroq; suo opere Homerus primunt  
 causas, deinde iurisecuta canit euenta. Hunc in modum &  
 T. Liuius secundo suscepit à Poenis in Romanos belli, an  
 tequam euentaresq; gestas enarrat, causas primum dicit,  
 quod uidelicet Sicilia, Sardiniaq; illa nimis celeri re-  
 rum de

rum desperatione Romanis concessa, hæc fraude ab illis  
 intercepta esset: tum quod Annibal, cum puer adhuc es-  
 set, à patre Amilcare Imperatore aris admotus iurasset,  
 & se quām primum per ætatem posset, hostem fore Ro-  
 manis. Quin & Sallustium idem facere, ipsius argumen-  
 to est historia. Quid? non igitur aliò hic caussarum locus  
 ualeat, quām ut caussas rerum, quæ euenerūt, quod ab his  
 autoribus factitatum esse uidemus, primum exponendas  
 esse sciamus? Est profecto multiplex huius, pàssimq; nec  
 certo in loco usus: cum nunc præcedant, nunc suos se-  
 quantur cuentus. Nam quanquām primæ quædam, prin-  
 cipalesq; summæ rerum caussæ sint, quas nosse principio  
 lector auditōrue cupit, tamen cum subinde aliæ atq; aliæ  
 actiones casusq; existant, & ipsorum alias atq; alias cau-  
 sas esse constat: unde si inter narrandum obiter amplifi-  
 cetur, mire orationis extendetur corpus. Quare Cicero,  
 cum suarum se laudum minus grauem scriptorem fore  
 intelligeret, uideretq; L. Luceium Q. F. insignem sui  
 temporis historicum bellum ciuile scribendū suscepisse,  
 scripta ad eum epistola, omnibus petit modis, suas ut res  
 exemplo Græcorum seorsum perscribat, atq; in se ornan-  
 do historiæ leges negligat. Posse autem inde, si à continere  
 tibus suis scriptis se iungat, & à caussis, euentis, adiun-  
 ctisq; amplificet, quoddam corpus confici. His porrò ex  
 locis augeri rem oportere, L. Luceium admonet, dum  
 caussas, consiliaq; rerum suarum, casus etiam & euenta

explicanda esse scribit. Adiuncta autem sunt, tempus, testimoniaq; Luceij, quæ ea, quæ suo iudicio laudanda putaret ornare, quæ contra uituperanda reprehendere, noluit. Atq; huc etiam pertinet multorum in Ciceronem persidia, insidie, proditioq; quæ & putavit esse notanda. Hic nemo mirabitur consilia, & adiunctiones, quas supra in loco rum expositione adiunctorum loco complexi sumus, hic caussas & euentia dici. Sunt namq; ijs, quorum consilia et facta sunt adiuncta maxime. Verum caussarum & euentorum nomen accipiunt, cum sumpta ab adiunctis, unde omnis rerum dicitur copia, inter secomponuntur: & caussæ effecta: & haec uicissim illas ostendunt. Quare caussas & euentia, magnam cum adiunctis cognationem habere, nemo mirabitur. Inde namq; hi licet natu loci sint, tamen & ipsi latissime patent. Itaq; his locis, unde ornatur historia, si & comparationis locum adieceret, non uideo, non modo unde historici, sed rhetores poëtaeq; qui maxime solent, magis amplificarent. Hinc Cæsar, ut Brutus apud Ciceronem disputat, quia minus rerum suarum historiā uestiit, commentarios inscripsit: ceterisq; seri bendi ansam prebuit, ut qui uellent, eadem copiosius tractarent, & quasi calamistris quibusdam inurerent. His ipsis ex locis lactea illa Titi Luuij ubertas est petuax: unde tamen Dionysium Halicarnasseum, qui & ipse Romanas res prescripsit, multo magis auxisse intelligas: ut m:hi is, quod de Demochare Brutus Ciceronianus iudicat, non

et, non tam historicum, quam rhetorem egisse videatur.  
 Hinc Maro noster, hinc Homerus ea sumpserunt, quibus  
 que uoluerunt, non tam dilucide enarrasse, quam facta  
 ubiq; mora omnia ob oculos posuisse videantur: hic fu-  
 ssime, ille modo quodam usus: id quod is facile animad-  
 uertet, qui cognitis locis & amplificandi ratione, utruq;  
 cum iudicio legit. Sed hac de re suo dicetur loco: nunc  
 quod uolumus, usum locorum, augendiq; rationem in ce-  
 lebrandis factis diligentius, & ad cuiusq; magis captum  
 indicemus. Vnum igitur factum, si oratione laudandum  
 sumamus, sit Theodosij Imperatoris, quod insigne maxi-  
 me gymnasium Bononie instituit, primum ex descriptio-  
 nis loco, atq; adeò ab adjunctis ipsum describamus: un-  
 de ingenium, moresq; Principis eluceant: & cauſſe tam  
 honesti & utilis facti, quasi per transennam appareant.  
 Fecit id & T. Liuius principio historie sue de secundo  
 bello punico: ubi pluribus Annibalem depingendo, ani-  
 miq; bona uitiaq; plurima exprimendo, qui cum uiro Ro-  
 manus futura res esset, lectorem statim instruit. Secundū  
 hæc, ab adjunctis res ipsa erit explicanda: quantis & un-  
 de sumendis fructibus, qui in professores expenderentur,  
 hanc scholam adornari confirmaritq;. Deinde à cauſſis:  
 cur hoc in loco, & tot tantaq; stipendia professoribus co-  
 stituerit: ut certe hinc, in reliquam totam Europam qui  
 recte Rempub. administrarent, docti mitterentur. Tum  
 ab euentis mirū in modū augeas, si que interea loci emo-

lumenta, aliae, alieq; nationes hac ex academia & ceperint, & quotidie capiant persequaris: qui quibus in locis hinc misi, siue cognitione rerum humanarum physica rumq; uiles Reipub. extiterint, siue legum scientia quid aequum & iniquum esset edocuerint, siue deniq; medietate beneficio laborantibus opem tulerint. Postremo ex comparationis loco quantam uoles copiam sumas, factū hoc, aut cum alijs ipsis, aut cum aliorum Imperatorum praeclare factis conferendo.

## EXEMPLVM FACTA EX LOCIS

amplificandi apud Ciceronem.

## CAP. XXIII.

**I**nterdum factum laudamus & dilatamus, non tam sere à caussis, & que has sequuntur euentis, sed saltem ex adiunctorum & comparationis loco: id quod Cicerone fecit, gratias Cæsari agēs, ipsumq; laudans, quod Marcellio ignouisset. Postquam igitur exordium à tempore, eiusq; quo dixit diei circumstantia duxisset, clementiam sapientiamq; Cæsaris ab adiunctis statim laudat, ornatq; nempe à sua, totiusq; Senatus lætitia, factum hoc probant: & propterea de Repub. subinde melius sperantis. Aspergit & paucis obiter laudem Marcelli: quod ipsum, & ex hoc ipso loco est ductū: & eō ualeat, ut clarissimus illiusq; factū eius reddatur, quod præstatiſſimo, amplissimoq; uiro ignouisset. Deinde ex cōparatiōis loco Cicero amplificat: & cōfert hoc Cæsaris factū cū maximis eius bellis,

bellis, rebusq; gestis: quibus omnibus iure anteferrri oportere, pluribus ostendit. Porro hac in comparatione orat tantam moram trahit, dum interim ab adiunctis circumstantias admiscet, ut omnia que ad laudem pertineant, totaq; oratio, nisi quod pauca ad finem alio spectantia adiecit, hoc solo ex loco uestita, amplificataq; deprehendantur. Quare quantum hoc ex loco res extendi possit, cum plurima apud Ciceronem exempla, tum hoc studio per spicuum esse potest.

## EXEMPLVM RES EX LOCIS AM

plificandi apud T.L. historicū, breuiterq;  
easdem explicandi. CAP. XXIIII.

**H**inc autem quis locorum usus, que laudandi amplificandiq; ratio sit, quanquam satis liquere putem, tamen non abs re fuerit, et haec ipsa in historia, classicisq; autoribus paucis indicare. Narraturus T. Liuius contra Romanos res ab Annibale gestas, ut statim intelligi posset, qualis is esset, qui tantum in discriminem Romanum non adduxerit, primum ipsum Duceum ex descriptionis loco depinxit his uerbis: Missus Annibal in Hispaniam, , primo statim aduentu omnem exercitum in se conuertit. , Amilcarem sibi redditum ueteres milites credere: eundem uigorem in uultu, uimq; in oculis, habitum oris, lineamentaq; intueri. Deinde breui efficit, ut pater in secundum momentum ad fauorem conciliandum esset. Nunquam ingenium idem ad res diuersissimas, parendum, ,

» atq; imperandum fuit. Itaq; haud facile discerneres, utru  
 » Imperatori, an exercitu icharior esset. Neq; milites alio  
 » duce plus confidere, aut audere: plurimum audacie ad  
 » pericula capessenda, plurimum consilij inter ipsa pericu  
 » la erat. Nullo labore, aut corpus fatigari, aut animus uin  
 » ci poterat. Caloris ac frigoris patientia par: cibi potio=

» nisq; desiderio naturali, non uoluptatis modus finitus:

» uigilarum, somniq; nec die, nec nocte discriminata tem=

» pora: id quod agendis rebus superesset, quieti datum.

» Ea neq; mollistrato, neq; silentio accersita. Multi sepe  
 » militari sagulo opertum humi iacentem inter custodias  
 » stationesq; militum conspexerunt. Vestitus nihil inter e=

» quales excellens: arma atq; equi conspiciebantur. Equi=

» tum peditumq; idem longe primus erat. Princeps prælii  
 » inibat: ultimus conserto prælio excedebat. Has tantas ui  
 » ri uirtutes ingentia uitia æquabant: inhumana crudeli=

» tas: perfidia plus quam punica, nihil ucri, nihil sancti,

» nullius Dei metus, nullum insurandum, nulla religio. Ha  
 et enus mores, ingeniumq; descripsit: quæ quidem omnia  
 ab eo, qui rem nude explicare uoluisset, omitti potuissent.

» Subiicit autem ex adiunctoru loco, his uerbis: Cum hac  
 » indole uirtutum ac uitiorum triennio sub Asdrubale Im=

» peratore militauit, nullare, quæ agenda audendaq; ma=

» gno futuro duci esset, prætermissa. Hæc quidem, cū illud  
 tempus præcedant, quo belli dux declaratus est, omitti  
 potuissent. Quæ sequuntur ex adiutorum, seu qui inde  
 nascitur

nascitur caussarum & euentorum loco sumuntur: cur ui  
delicet Annibal in suscipiendo bello, nihil prolatandum  
arbitretar: & dum Saguntinos petuit, in Olcadum, fines  
exercitum ducat. sic ille. Ceterum ex quo die dux est de-  
claratus, uelut Italia ei prouincia decreta bellumq; Ro= ,  
manum mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se ,  
quoq; ut patrem Amilcarem, deinde Asdrubalem cun= ,  
ct antē casus aliquis opprimeret: Saguntinis inferre bel= ,  
lū statuit. Quibus expugnādis, quia haud dubie Romana ,  
arma mouebantur, in Olcadum fines prius ultra Iberum ,  
ea gens in parte magis, quam in ditione Carthaginensiu ,  
erat, induxit exercitū: ut nō petisse Saguntinos, sed rerū ,  
serie finitimiis domitis gentibus, iungēdoq; tractus ad id ,  
bellum uideri posset. His demum subiicit euenta, gestaeq; ,  
rei narrationem Carteiam urbem opulentam, caput eius ,  
gentis expugnat, diripitq;: quo metu perculse minores ,  
civitates, stipendio imposito imperiu acceperunt. Victor ,  
exercitus, opulentusq; præda, Carthaginem nouā in hy= ,  
berna est deductus. Ibi large partiendo prædam, præteri ,  
ta cū fide exoluendo, cunctis ciuiū suorū socrorumq; ani ,  
mis in se firmatis, uere primo in Vacacos motum bellum. ,  
Nuda hæc satis narratio est: nisi quod obiter petitas ab ,  
adiuctis circumstantias inscrat nōnullas: quod genus sunt, ,  
urbem esse Carteiam opulentā, et suæ gentis caput: iū exer ,  
ciū opulentum præda deductū esse. Prosequitur autē ,  
narrationē tēporis, cuius mentionē facit, scrivato ordine. ,

» Hermandica & Arbacula Cartorū urbes, ui capte. Ar<sup>z</sup>  
 » bacala & uirtute, & multitudine oppidanorum diu de=  
 » fensa. Ab Hermandica profugi, exilibus Olcadum prio=  
 » re estate domite gentis, cum se iuxxissent, concitant Car=  
 » pentanos: adortiq; Annibalem regressum ex Vacceis,  
 » non procul Tago flumine agmen graue præda turbauē=  
 » re. Pura hæc, nudaq; sunt omnia: nisi quod ab adiunctis  
 » est, oppidanorum uirtute, & multitudine, Arbacalam di=  
 » utius esse defensam: neq; procul Tago impetum in Anni=  
 » balis agmen esse factum. Quæ sequuntur, paulò copiosio=  
 » ra sunt. Nam & consilia Annibal's aperit, propterea  
 » amnem traiicientis, ut in transitu fluminis hostes inuade=  
 » ret: & caussas ferociæ hostium Carpentanorū, tum sua  
 » multitudine, tum fuga Annibal's minus timentium. Atq;  
 » hic Liuius, & à suo obiter testimonio amplificauit: dum  
 » inuictam aciem dicit, si & quo certaretur campo: sic ille.  
 » Annibal prælio abstinuit: castrisq; super ripam positis,  
 » cum prima quies silentiumq; ab hostibus fuit, agmen ua=  
 » do traiecit: ualloq; ita producto, ut locum ad transgredi=  
 » endum hostes haberet, inuadere eos transeuntes statuit:  
 » equitibus præcepit, ut cum ingressos aquam uiderent, ad  
 » orirentur. Peditem agmen in ripa elephantes quadragin=  
 » ta dispositi. Carpentanorum cū appendicibus Olcadū,  
 » Vacceorumq; centum millia fuere. Inuicta acies, si & quo  
 » dimicaretur campo. Itaq; & ingenio feroces, & mulitiu=  
 » mine freti, & quod metu discessisse credebant hostem: id  
 » morari

morari uictoriā rati, quōd interesset amnis: clamore ,  
sublato, paſſim, ſine ullius imperio, quā cuīq; proximum ,  
erat, in amnem ruunt. Haec tenus conſilia cauſasq; expo-  
ſuit, quibus ſubijcit euenta: nempe infelicem Carpen-  
norum pugnam, & deditiōnem. Et hēc quidem ipſa, ſat-  
is à circumſtantijs, quas explicat, illuſtrat hiſ uerbiſ: Et ,  
ex parte altera ripæ, uis ingēs equitū in flumen immiſſa, ,  
medioq; alueo, haud quaquam pari certamine cōcurſum. ,  
Quippe ubi pedes iſtabilis, & uix uado fidens, uel iner ,  
ni cōquite, equo temerē acto peruerſi posſet. Eques cor= ,  
pore armisq; liber, equo uel per medios gurgites ſtabili, ,  
cominus eminusq; rem gereret. Pars magna flumine aſ= ,  
ſumpta: quidam uerticoso amni delati in hostes, ab ele= ,  
phantis obtriti ſunt. Postremi, quibus ingressus in ſuam ,  
ripam tutior fuit, ex uaria trepidatione cum in unum col ,  
lige rentur, priuſquam extanto pauore recipere nati- ,  
mos, Annibal agmine quadrato amnem ingressus, fugam ,  
ex ripa fecit: uafſatisq; agris, intra paucos dies Carpen= ,  
tanos quoq; in deditiōnem accepit. Hunc in modum, reli= ,  
qua toto corpore alia magis, alia minus, ut queq; res po-  
ſtulat, hiſ ipſis ex locis extenduntur. Rariores autem cō-  
parationes ſunt: locus in hoc præſertim genere, omnino  
ad ornatum amplificationemq; accommodatiſſimus: un-  
de poētiſ, rhetoribusq; copiam ſequentiibus crebrior, hi-  
ſtoricis, ne ad ornandum magis, quām ad narrandū ora-  
tionem ſumpſiſe uideantur, minus familiaris. Porro ſa=

no GERARDI BVK. DE INVENT.

gunti oppugnationes, excidiūq; quod proxime sequitur,  
pluribus adiectis peristisibus copiosissime explicatur.  
Verum hæc ipsa Liuiana, ex locis aucta, amplificataq;  
nuda, omni ornatu, quasi uestitu spoliata, ob oculos pont  
mus: unde quid inter ieunam, necessariamq; narratio  
nem, & copiosam locupletemq; intersit, cognosci potest.  
Miſus Annibal in Hispaniam, postquam mortuo Asdrub  
ale dux belli est declaratus, Sagūtinos bello petit. Quid  
dum facit, in Olcadum fines exercitū dicit. Carteium ur  
bem expugnat, deripiqt;. Minoribus deinde ciuitatibus  
metu subactis, exercitum Carthaginem nouam in hyber  
na dedit. Hic large prædam partiendo, præteritaq; cū  
fide exoluendo, cunctis ciuium suorū, socrorumq; animis  
in se firmatis, uere primo in Vacceos motum bellum Her  
mandica & Arbacala Carteiorum urbes, ui captæ. Ab  
Hermandica aut̄ profugi, exulibus Olcadum, cū se iunxis  
sent, cōcitant Carpētanos: adortiūq; Annibalē regreſsum  
ex Vacceis, non procul Tado flumine agmen turbauere.  
Annibal autem traecto amni, temerè insequentes hostes  
ad centum millia partim equitatu in flumine oppresit,  
partim in fugam conuertit: uastatisq; in agris, & Car  
pentanos paucos intra dies in deditioñem accipit. Brevis  
hec, nudaq; narratio est, quam ut uir ille eloquentissimus  
ex locis locupletarit, iam uisum est.

NVLLIS NON EX LOCIS HEROI  
cos uates augere. CA. XXV.

Ian

Am uero quanto heroici uates nullis non ex locis omnibus  
magis illuminent, & quasi depicta ob oculos ponant,  
hic spectemus. Cum T. Luius narrationem rerum ab ur-  
be condita, ab excidio Troiano orditur, paucis Aeneae in  
Italiā nauigationē, & bella ab eo in Italia gesta enarrat:  
in quibus describendis, quantam Vergilius morā trahit &  
nunc loca, personasq; describendo: nunc alijs atq; alijs  
orationes tribuendo: nunc explicatis omnibus circumstan-  
tijs, copioseret narrando: cōparationibusq; dilatando:  
adeo, ut hæc ipsa, quæ ille paucis, uix duodecim absoluat  
libris. Non enim ante, quam res tota exposita oculis sit,  
progreditur. Quare & ante pugnam, eorum, qui arma  
sumpserunt catalogū adiicit: ducū noīa, copiasq; recen-  
set: in quo tamē Homerus, quanto deum immortale hoc  
nostro est liberior? Hic, antequā in pugnam iretur, non  
satis esse putauit, Græcorū omniū principū nomina, reg-  
na, & quantas quisq; copias adduxisset, fuisse recen-  
suisse: insuper & senes Heroas in mœnia turresq; ducit:  
inde oculis totū hostiū exerciū perlustrare: accersitāq;  
Helenā de unoquoq; Græcorū principe percūstari: ut ex  
ea, quæ probe nosset, et quæ cuiusq; forma, statura, robur  
corporis, ingeniuūq; esset, cognosci posset. Nec hac modo  
copia, uno altero uic in loco est usus, sed facta ubiq; mora,  
omnia fusissime extendit: et quasi penicillo depicta ob ocu-  
los ponit. Quare huius poëma, omnium maxime loquen-  
tem picturam esse recte dixerimus.

Eadens

EADEM VITUPERANDI, QVAE  
laudandi ratio. CAP. XXVI.

**Q**Væ autem facta reprehendendi ratio sit, ex laude facile intelligi potest: contraria namq; omnia ui= tuperari debent. Quod si forte plura nume= ro flagitia existant, temporis commode seruatur ordo: quod Ciceronem scriptis in Vatinium, & L. Pisone orationibus fecisse uidemus. Hec de personarum, urbiuum, factorumq; laude: unde & quis cæteris in rebus laudan= dis, atq; extendendis, quas persequi infinitum foret, loco= rum sit usus, colligi facile potest.

DE DISPOSITIONE, IPSO QVE  
exordio: & unde locorum sumatur.

CAP. XXVII.

**I**Am uero cum ita natura comparatum sit, ut copiose inuenisse nihil sit, nisi & hæc ipsa recte disponamus: que et hoc in genere collocandi ratio sit, paucis perstrin gemus. Summis rhetorum placuit, quatuor orationis con stituere partes: Exordium: Narrationem: Confirmatio nem: & Epilogum. Exordio auditorum animos esse con ciliando: & quasi viam ad ipsam causam esse sternendam: id autem cōmode fieri, si ipsos apud quos dicimus, nobis benuolos, dociles, attentosq; reddamus. Narratio ne autem ipsa, que uolemus exponenda esse atq; docen= da. Confirmatione subinde, nostra omnia quibus petieris argumentis, firma certaq; esse facienda: & aduersa= riorum

riorum obiecta diluenda. Postrema parte, epilogo ipso,  
 pondera rerū esse repetenda: affectusq; mouendos. Hęc  
 ita fieri oportere, cum summorum hominum præcepta,  
 tum ipsa nobis ratio prescribit. Verum hic in laude, ubi  
 non dubia confirmanda, sed certa laudanda extollendaq;  
 erunt, nihil tertia illa parte confirmatione opus erit. Quin  
 etiam, si aut unius, aut plurium personarum multas, præ  
 clareq; res gestas describendas suscipias, ipse omitti cpi  
 logus potest. Neq; enim heroici uates, historiciq;, quæ  
 pluribus enarrarunt, repetenda sibi, claudendaq; esse ar  
 bitrantur: adeò ut exordiū interim omittatur. Nam Cæ  
 sar res suas gestas, statim à Gallie descriptione narrare  
 coepit. Sed hunc excusat, & quod de se ipse scripsit, ubi  
 scribendi cauſſas cōſiliaq; aperire forte inuidiosum fuiſ=  
 set, & quod commentarios, capitaq; saltem rerum suarū  
 literis mandauit, ut qui uellet, hęc ipsa postea fusiſ ſplen  
 didiusq; tractaret. Cum igitur exordio sternenda uia ſit,  
 ad ea, quæ ſumus dicturi, ut beneuole, intelligenter, atten  
 teq; audiamur, ſæpeq; uel rebus iam copioſe inuentis non  
 dum quod commode ſumas appareat, unde duci debeat,  
 erit indicandum. Porrò beneuolentiam, aut à personis,  
 aut à rebus eſſe petendam, rhetores paſſim docent. Alię  
 autē nonnulla, unde præterea duci uſu receptum Fabius  
 uidit, partim personis, partim rebus attribuit. Verū plus  
 rima ſunt, quibus animi moueri, beneuoliq; nobis reddi  
 poſſunt. Nam & à meritis nostris id conſequimur: up  
 h

de Cicero exorsus suam ad Quirites orationem antequā  
iret in exilium: ab officio, unde pro Archia poēta: à tem-  
pore, unde pro M. Caelio, & Marcello: à loco, unde pars  
exordij pro Deiotaro: ab ipsis item, quas caussæ aliæ ali-  
as, & subinde nouas adferunt circumstantijs, quæ certis  
tradi præceptis nequeunt. Quare pro Milone, ab ipso  
armorum habitu est exorsus. Que cum ita sint, & hæc  
captande bencvolentie ratio, ab illis, unde omnia, quos  
supra exposuimus generalibus locis recte petatur. Itaq;  
unus adiunctorum locus, omnium horum, quæ tradide-  
runt, & plurimum quidem nos admonet. Neq; enim hæc  
solum dicenti adiuncta sunt, unde bencvolentiam capiet,  
suum ipsius officium, & meritum, aliaq; id genus à se sum-  
pta, auditores item ipsi, tum aduersariorum, eiusq; pro  
quo perorat persona, sed & tempus, locusq; in quo di-  
cit: & ipsa deniq; caussa: que cum alia alias latebras, re-  
cessusq; habeat, introspiciendi dicturo omnes diligenter  
erunt: eaq; elicienda, que ad exordium emerendumq; fa-  
uorem accommodata putet. Itaq; Cicero Deiotarum de-  
fensurus, ab his caussæ circumstantijs, quibus se moueri di-  
xit, varie sibi Cæsaris animum conciliauit. Primum, à per-  
sona Deiotari, qui rex præter morem in uitæ discriminem  
uocatus esset. Deinde, à perpetuis regis in Remp. Roma-  
nam meritis: tum à crudelitate, atq; indignitate accusan-  
tium: tum à persona Cæsar is, in sua ipsius caussa iudicis:  
Postremo, à loci, in quo dixit insolentia. Quare & nobis  
hoc in

hoc in genere incepituris, quæ ad comparandum fauore  
 pertinebunt, ex adiunctorum loco petenda erunt: qui pro  
 rerum ornandarum, ut per andarum uearietate, sub-  
 inde alia etq; alia suppeditabit. Ut si forte amplius & prin-  
 cipem uirum laudaturus uenias, huiusq; magna perpe-  
 tuaq; in eos, apud quos dicturus es merita constare intelli-  
 gas, commode ab huius meritis principium sumas in hac  
 sententiam. Non uereri te, quin aequas tibi aures præbitu-  
 rint, huius de laudibus dicturo, cuius in eos, cum perpe-  
 tua, tum maxima merita constare uideas. Quin et ab eo  
 rum uicissim in hunc declarato sepius officio exordiaris  
 licet in hunc modum. Gaudere te, amplissimum, fortissi-  
 mumq; uirum, apud eos laudandum suscepisse, quos pro  
 multis summisq; in se meritis, maximos uicissim honores  
 huic detulisse, officiaq; præstitisse non ignores. Quod si  
 & huic ipso debeas, hinc incipias licet. Ingratum te ciue-  
 fore, nisi eum, quibus posses laudibus ornares, quem cum  
 uniuersi ob plurimas singularesq; uirtutes maximi pen-  
 dant, in primisq; prædicens, tum te omnium maxime opor-  
 tere, cuius aut hortatu, aut beneficio, literarum studia in-  
 gressum, ea que dicendo possis, consequutum intelligas.  
 A loco itē exordiū ducas. Lætari te, de celeberrimi homi  
 nis bene gestis rebus, eo ipso in loco dicturū, ubi nō modo  
 ipsius uita, fidesq; sanctissima satis spectata, sed et multa  
 pro Repub. præclare facta, omnib. cognita perspectaq;  
 essent. Atēpore itā exorsus est Cicero pro M. Marcello.

Diuturni silentij P. C. quo eram his temporibus usus, nō timore aliquo, sed partim dolore, partim uerecundia, finem hodiernus dies attulit: idemq; initum, quae uellem, queq; sentirem, meo pristino more dicendi. A sententia etiam aliqua principium sumere licet. Si uirtus in animis honorum plurimum semper ualuit, is omnibus laudibus uochendus extollendusq; erit, qui à teneris ita uitam instauit, ut iam adulta uiriliq; etate, in omni uirtutum genere maxime clariusse, cognitū sit atq; perspectum. Titus Li- uius scripturus res Romanorum ab urbe condita, benciuolentiam statim captauit suas in scribendo uires extenuando, eleuandoq; præ illorum splendore, qui ante se scripsissent. Omnia horum unus adiunctoru locus nos admonet: et plurimum quidem, quam hic enumerari aut posint, aut debeant. Atq; hic animaduertendum est, haec ab adiunctis sumpta, ut cetera, et reliquis ex locis extendi atq; augeri posse. Atqui et ex alijs ordiri licebit locis. An nō exordium hoc Cicronis pro Deiotaro, cuius iam mentionem fecimus, si diligentius introspiciamus, totum à cauſarum, euenterumq; loco sumptum nos fateri necesse est? Siquidem sue perturbationis Cicero, timorisq; qui sibi dicturo euenerat, cauſas complures adserit. Primum à persona regis capit is accusati: Deinde à perpetuis eius in Romanos meritis: tum ab accusatorum et crudelitate, et indignitate: tum à persona Cæsar is in suo ipsius negotio iudicis: Postremo à loci insolentia, ubi di- cere

cere non consucset. His de causis Ciceroni animi perturbatione, timorq; euenerat. Quare, quanquam non male dicimus à personis hic, atq; adeò ab adiunctorum loco cāpratam esse benevolentiam, sunt namq; dicenti adiuncta hæc omnia, personæ eorum omnium apud quos dicit, tempus item, ex locus, caussæq; circumstantie: tamen, cū ut supra diximus ab adiunctis tum caussarum euentorū nq; locus nascatur, cum causse aduenta, & hæc uicissim ad illas referatur, rectius, magisq; proprie, à causis et evenitis, quam ab adiunctis petuum exordium esse dicemus.

Quin & Ciceronis pro lege Manilia, & C. Rabirio exordia, à causis & evenitiis sunt ducta. Ibi cur ita acciderit, ut ante eum diem è rostris ad populum non sit concionatus caussas plures, ut honestas, ita ad emerendum fauorem maxime accommodatas adfert: hic facti sui, cur ad defendendum uenisset patronus, caussas commemorat, cum uenustam suam cum C. Rabirio amicitiam, tum ipsius dignitatem, tum humanitatem, tum deniq; perpetuam sue uitæ consuetudinem. Quid? an non & ex comparationis loco pro domo sua ad Pontifices principiū his uerbis duxit? Cū multa diuinitus Pontifices à maioribus nostris inuenta atq; instituta sunt, tū nihil preclarior, quam quod uos eosdem, & religionibus dcorum immortalium, & summæ Reipub. præesse uoluerunt: ut amplissimi & clarissimi ciues Rempub. benegerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, Rempub. conseruarent. Hic

orator, hoc ipso, quod nibil praeclarius à maioribus inventum atq; institutum dicit, cum multa diuinitus intuerint, instituerintq; quām Pontifices & religionibus deorum, & summae Reipub. præesse uoluisse, mirum in modum ipsorum sibi animos conciliat. Dicuntur & ex definitionis loco. Siquidem à sententia insigniori sepe exordimur: quæ ferè uires suas inde sumere solet: & Cicero ex descriptionis loco in Catilinam est exorsus. Rempub. Quirites, uitamq; omnium uestrum, bona, fortunas, coniuges, liberosq; uestros, atq; hoc domicilium clarissimi imperij, fortunatissimam pulcherrimamq; urbem, hodie non die deorum immortalium erga uos summo amore, laboribus, consilijs, periculisq; meis, ex flamma atq; ferro, ac penè ex fauibus fati creptam, & uobis conseruatam ac restitutā uidetis. Sed & ex reliquis locis omnibus haec trahi possunt: quod nisi hinc liquere putarem, persequi non grauerer. Quare cum illis ex locis omnia ad fidem, amplificandum, affectusq; mouendos, quod suo docebitur loco ducantur, & haec exordia, quibus dum conciliamus motum hominū animis adferimus, inde petenda esse nemo dubitabit. Quod autem rhetores à personis nostris aduersariorum, iudicum, ipsaq; caussa sumenda esse scriptum reliquerint, remq; latissime patentem exiguis terminis circumscripserint, inde esse puto, quod in iudicio dicturos, quibus ferè solis scribebant, hinc cōmodè ducere, & posse, & solere intellegent. Ad hoc igitur locos tanquam

Quām fontes ducendi sumus: unde cum omnia, & hæc  
quocq; sumi oportet: & hoc quidem magis, quod bis in ge-  
neribus, ubi à iudice nihil petitur, liberiora sint exordia:  
interim nulla Neq; enim ab alienati, aut parū equi conci-  
liandi hic nobis sunt animi. Sallustius Catilinarij et Iugur-  
thini belli principia altius duxit: illud ab officio hominis,  
hoc à quærela naturæ humanae: neutrū, aut captandæ be-  
nevolentiae, aut narrandis rebus multum accommodatū.  
Heroici uates, rem paucis proponēdo, dociles attentesq;  
magis, quām benevolos lectores faciunt: quanquam Mu-  
sarum inuocatione, & id consequi, quod Fabio de Home-  
ro placuit, uideri possunt. Attentes autem docilesq;, que-  
ferè coniuncta sunt reddimus, si magna, noua, incredibi-  
lia, seu ipsis auditoribus ad exemplū, seu ad Reipub. reli-  
gionisq; statum pertinentia, te allaturū, aut his similia di-  
cas. Itaq; T. Liuius postquā benevolum sibi, ut diximus,  
lectorē reddidit, attentū, docilemq; fecit, dum dixit, non  
se laborare, si quis minus credat quæ ante urbē conditā  
facta sint, & proxima originibus: modò spectet, quibus  
artibus Romana Respub. creuerit: atq; ex ea, quæ exem-  
plorum ditissima esset, quid sibi suæq; Reipub. imitandū,  
declinandumq; esset, capiendum esse putet. Quinetiam id  
assequaris, si paucis summam rerum exponendarū com-  
pletearis, ut Homerus & Vergilius, reliquiq; uates prin-  
cipio operum suorum faciunt: si & statim describas:  
quod Cicero, ut supra diximus, exordio in Catilinā fecit:

Et hic in laudandis personis, urbibus, factis, ceterisq; rebus non incomode fiat: si item diuidas: et quo ordine dicaturus sis aperias: atq; id ipsum, aut principio facias: ut Cicero pro A. Cluentio. Animaduerti iudices omnē accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes: quarū altera mihi niti, et magnopere confidere uidebatur, iniuria iam inueterata iudicij luniani: altera tantummodo consuetudinis causa timide, et diffidenter attingere rationem uenificij criminū: qua de re, lege est hec questio constituta. Aut postquam exordio animos hominum iam tibi conciliaueris. Cicero pro lege Manilia, causa iam breviter exposita, quod ita rerum natura poscebat, diuisione usus est. Primum mihi uidetur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore diligendo esse dicendū. Hunc in modum si hominem ornaturos uenias, primum te de externis eius bonis, patria, parentibus, et fortunis, deinde de corporis, forma, et ualitudine: postremo de animi bonis uirtutibus, et recte factis dicturum esse dicas. Porro attentio atq; docilitas, non ex locis, quemadmodū benevolentia, petenda est: propterea, quod dum benculos facimus, motū animis adferimus, quod ipsum ex locis petatur necessum est: attentos autem, docilesq; vel hoc solo reddimus, quod quas res, quantas, quā utiles, et quod ordine dicturi sumus, saltem proponamus, atque indicemus. Haec de exordijs: quibus ubi auditorem, lectorcmū preparauerimus, res ipsa erit exponenda.

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. II. 12

DE NARRATIONE, ET CUR HOME

rus & Maro à fine narrare coeperint.

CAP. XXVIII.

In narrando igitur quæ copiose inuenimus, commode  
temporis ordinem sequimur: et quidem quo supra in  
personarum, urbium, factorumq; laude, atq; amplificati= =  
one usi sumus. Cæterum licet et neglecto temporis gra= =  
du, in sua quæq; uirtutum genera, facta distribuere: et  
parua magnis, obscura perspicuis, iucunda tristibus, mi= =  
nus uerisimilia certis inserere. Quinetiam quemadmodū  
comodissime à minoribus ad maiora ascendimus, ita et  
interim à maioribus ad minora descendere licet. Quæ  
collatio est in laudando, eadem et in uituperando. Porro  
historicis hic minus licet: ut quibus in narrando tempo= =  
ris ordo seruandus est semper. Poëtae autem nullis hic om= =  
nino legibus tenentur. Itaq; nunc à principio, nunc è me= =  
dio, nunc è fine narrare incipiunt. Homerus rerū à Græ= =  
cis ad Troiam gestarum narrationem à decimo demū an= =  
no, et propemodum fine laborum orditur: idem facit et  
in Odyssaea. Hunc sequutus noster Maro, errorū Aeneae  
narrationē à septimo demum auspiciatur anno, quo in Si= =  
ciliensibus undis iactabatur:

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum

Vela dabant læti, et cætera.

Temporis autem gradum Naso, in exponenda rerum ua= =  
tarū metamorphosi sequitur. Causas autem Homericæ

iii GERARDI BVK DE INVENT.

dispositionis, ubi nec principium, nec finis conspicitur introspiciamus. Neq; enim, cum ab ira Achillis, qui decimo demum anno Agamēnoni irasci cœpit expositionem incepit, aut quæ ante id tempus per nouem annos ad Troiam sint gesta, aut ipsius excidium urbis explicat. Aristoteles, cum commentatores hic ferē cœcuciant, & uatis consilium minus uideant, hanc rem scripto de poëtica libello diligenter ut omnia intuetur: dicitq; à diuino id uate propterea factum, ne, dum pro magnitudine rerum copiose omnia depingi uoluit, nimis magnum opus obscurumq; redderetur. Quod si profecto seruato temporis ordine, & cetera, omnibus ut solet explicatis circumstantijs explicanda suscepisset, non Iliada, sed Chiliada scripturus fuisset. Nec finem inuenisset, si errores Vlyssis, casusq; à principio ad finem usq; tam copiose, ut quinto libro cœpit ipse persequi uoluisset. Quare poëta, postquam nonnulla ipse non tam enarrasset, quam facta mora depinxisset, cetera omnia Vlyssem ipsum Phœacum regi celerius narrare uoluit. Sequutus & noster diuini uatis consilii, postquam per paucos dies exhaustos in Siculo mari Aenee labores fusissime ipse expressisset, ipsum deinde ad Didonē deduxit, cui breuiter, & Troie excidium, & quæ per totum ipse septennium mari perpessus esset enarraret. Quibus autem ex locis narratio sumatur supra uisum est.

DE CONFIRMATIONE ET EPILOGO. CAP. XXIX.

Confr

**C**onfirmationem laus nullam habet: neque enim hic dubia, sed certa cognitaq; prædicantur. Attamen inter dum incidere nonnulla possunt, quæ suam probationem requirant. Ne epilogo quidem, quo rerum capitare petuntur, heroici uates historiciq; utuntur. Neque enim plures numero res repeti reuocariq; possent. Oratori autem, ad confirmandam auditorum memoriam, augendā delectationem, per quam utilis. Cum autem epilogus, repetitio sit rerum ante ad laudem, seu uituperium adductarū, quibus sumatur ex locis nemini obscurū esse potest.

DE ELOQUUTIONE SEV EXOR  
natione CAP. XXX.

**D**iximus de locis, et que in laude inde inueniendi, et amplificandi, tum disponendiratio esset: dicē dum subinde erit de eloquitione, seu exornatione: ubi copiose inuenta, recteq; disposita, erunt exornanda et quasi quibusdam coloribus uarianda. Totū quidem orationis corpus, sed rude, ex locis erat sumendū: quod idē hic uestiendum, et figuris, quasi coloribus quibusdam, ut gratiam ueneresq; habeat oratio illuminandū crit. Atq; hic, cum hoc ipso, quod uestiaur illustreturq; simul et augeatur dilateturq; oratio, quibus ex locis, unde omnia sumenda esse diximus, figuræ item affectusq; trahantur, in dicabimus. Porrò rebus copiose inuentis, atq; dispositis, nihil perinde consequens necessariumq; quam siue dicti scripturus uē sis, ita exornare, ut auditorem, seu lecto-

rem

rem doceas, delectes, & moueas. Triā nāq; hāc oratorum officia sunt: quae ut quisq; maxime p̄fstat, ita optimus rhetor est censendus. Docebimus autem, delectabimusq; si dilucida, numerosa, et figuris illustrata erit oratio. Mouebimus autem, si pro cauſe conditione, nunc leiores, nunc uehementiores affectus concitemus. De his igitur singulis breuiter nobis dicendum erit.

## DE PERSPICUITATE, IPSA QVE

Periodo. CAP. XXXI.

**D**ilucida igitur & perspicua erit narratio, atque adeò totius orationis corpus, si cum uerbis constet simplicibus, atq; coniunctis, simplicia latina sint, propria, atq; usitata: coniuncta uero recte locata, nec iusto longiore circunducta periodo. Porrò latina ut sint oīa, quemadmodū in primis est p̄fstandum, summamq; perspiciatatem ad fert, ita id ignorati hic serius p̄cipitur. Propria autem sunt, atq; usitata, illa, quibus cuiusq; rei uis proprietasq; maxime explanatur, hāc quae à clāſicis quibusq; autoribus ſepiuſ ſunt uſurpata. De translatis autem uerbis, quae & gratiam habent maximā, mox ſuo dicitur loco. In coniunctis danda eſt opera, ne aut afferos habeant concursus: ut ſi dicas, rex Xerxes, durum id quidem, lenius autem, minusq; afferum erit, ſi inſeras aliquid in hunc modum: Rex autem Xerxes: aut ipſo uocā lium concursu quandam hiantiam atq; diſunctionem: ut bacca & enēa amoeniſime impendebant: aut nimiam eiusdem litera-

dem literæ repetitionem: quale est: O Tite tute Tatib  
tanta Tyranne tulisti. Hæc aut his similia uitia, dilucide  
dictur is scripturis ue, magnopere fugienda erunt. Dan= 25  
da item in contextu opera est, ne minus significantia, plus  
significantibus uerbis postponantur: sed hæc illis: ut Cé  
cero in Antonium: Tu, inquit, istis faucibus, istis lateri= 26  
bus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Hic si uer  
borum ordo inuertatur, cum insurgere debeat oratio, ri= 27  
dicula, minusq; dilucida collocatio foret. Quinetiam com  
modissime uerbis sensum claudimus: inest enim ijs maior  
quædam uis, que in claudendo consistendoq; animis ho= 28  
minum imprimitur maxime: quemadmodum Cicero his  
in Antonium uerbis: Ut tibi necesse esset, in cōspectu po= 29  
puli Rom. uomere. Hunc si ordinem inuertas, uerbumq;  
transferas, minus uirium habebit oratio. Verum si duri= 30  
us forte uerbum existat, & hic, ut passim, numeris erit  
seruendum. Plurimum ad perspicuitatem momenti, &  
in ducenda periodo positum est: quæ si longius ducatur,  
quam uno spiritu pronunciemus, periculum, ne minus au= 31  
ditor intellectu sequatur. Hanc Cicero de Oratore, qua= 32  
tuor hexametrorum uersuum modo dicit constare. Verū  
id de iusta & mediocri, cum saepe ultra citraq; consista= 33  
tur, accipiendum est. In breuiori ambitu, ne breuitas au= 34  
res defraudet, in longiori, ne obtundat danda opera crit.  
Conflatur autem commatis & colis periodus: Comma,  
quod nostra lingua incisum est, id esse dicimus, cum in di-

cendo, sententia omnino imperfecta breuem moram facimus: quæ & in scripto, quo res magis dilucida existat, notari solet. Colon autem est, quod membrum nos dicimus, cum utq; perfecta sententia, moram facimus: quā & suis notis signant scriptores. Huius rei hoc sit exemplum. Cum in amicorum urbem uenisset, nihil prius duxi, quam mei amantissimos statim cōuenire. Hic duo sunt commata, post uerbum uenisset, & duxi, colon autem post conuenire, ubi sensus quidem est expletus, sed tamen cui adiici commode posset: quod si fiat, excedet in periodum, quæ constat commatis & colis. Ex pluribus sape, & solis commatis conficitur periodus: qualis est hec Ciceronis. Quanquam mihi semper frequens conspectus uester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimum est uisus Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maxime patuit, non mea me uoluntas, sed mea uite rationes ab incunte ætate suscepτæ prohibuerunt. Cæsim hic dixit Cicero: quando postremum tandem uerbum, totam complectitur sententiam. Cæsim autem & membra tim idem statim pro Cluentio: Animaduerti iudices, omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti, & magnopere confidere uidebatur inuidia iam inueterata iudicij Iuniani, altera tantummodo consuetudinis cauſa, timide, & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum: qua de re lege est hac

est hec constituta questio. Hec periodus tribus constat  
membris, nempe, post partes, iunianum, & criminum: reli  
qua incisa sunt omnia. Est ubi ex pluribus commatis &  
colis constat: & his quidem præcedentibus, illis sequen-  
tibus. Quousq; tandem Catilina abutere patietia nostra  
quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet: quem ad finem  
se se effrenata iactabit audacia: nihil ne te nocturnū præ-  
sidium palatij, nihil ne urbis uigilie, nihil timor populi,  
nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus  
habendi senatus locus, nihil horum ora, uultusq; moue-  
runt: Est ubi ex uno atq; altero commate saltē constat:  
ut eiusdem contra Rullum Tribunum plebis exordium.  
Commodius fecissent Tribuni plebis Quirites, si quæ  
apud uos de me defrunt, ea coram potius me præsente  
dixissent. Quemadmodum ex uno commate, quod sen-  
tentia desideretur confici periodus nequit, ita cur ex so-  
lo membro non possit, nihil uetat: cuius rei scripta à Ci-  
cerone ad Terentiam suam epistola, nobis sit documen-  
to. Valetudinem tuam uclim cures diligentissime. Colon  
id est, quod membrum nos dicimus, atq; ab ijs, que subij-  
cit omnino sciunctum: subiicit autem. Nam mihi & scri-  
ptum, & nunciatum est, te in febrim subito incidisse. Hu-  
iusmodi periodis idem, cum & alibi passim, & scripta ad  
L. Luceum epistola est usus. Coram me tecum hec ea-  
dem agere sepe conantem deterruit pudor quidam pe-  
nè subrusticus, que nunc expromam absens audacius.

Membrum est, atq; adeò periodus: ut que ab ijs, que se  
 quuntur, seclusa omnino est, atq; sciuncta. Interdum sin-  
 gulis uerbis constat: ut, diximus testes dare uolumus.  
 Hec & his similia, cum undiq; libera existant, incisaq;  
 & membra propterea dici nequeant, quod sui ambitus  
 partes hæc esse intelligantur: periodos certe breues, sim-  
 plicesq; quarū Cicero, dum breuiſſimas duobus ex mem-  
 bris constare disputat non meminit, cum Aristotele ap-  
 pellandas esse puto. Is namq; tertio rhetororum, ipsam  
 periodum, aut ex pluribus colis, aut ex uno tantum con-  
 stare dicit: quam ἀφελῆ, & μονόκαλον ille, nos sim-  
 plicem & unimembrem uocemus. Verum non pugno, si  
 quis colla, mēbraq; dici malit. Sæpenumero profecto sim-  
 plex hæc, classicis in autoribus deprehenditur: præser-  
 tim ubi narrant. Quare non in epistolis modò, sed & in  
 historia, ijsq; in orationis locis, ubi aut narrat, aut argu-  
 mentis pugnat orator, sepius occurret. Siue igitur bre-  
 uior hæc, longiorue existat, diligenter semper dicturis,  
 scripturisq; illis respirandi mora, his scripture nota di-  
 stingueda erit: quod si ualla alia, hac maxime re, diluci-  
 da perspicuaq; reddatur oratio. Nisi enim his discriminé-  
 tur notis, obscura perplexaq; sit, ubi passim impungas, ne  
 cessum est: qualcm Herodoti, Thuriij, ceterorumq; omni-  
 um uetusiorum, temporis uitio fuisse Aristoteles tradit.

DE NUMERIS ET PEDIBVS IN  
 oratione seruandis. CAP. XXXII.

Numeros

Numeros etiam pedesq; in oratione, quo magis delectet, seruandos esse autores tradunt. Huius autem rei Isocratem primum doctorem, Thrasimachiq; & Gorgiae, qui ante eum infeliciter inchoassent, reprehensorum extitisse, Cicero de Oratore testatur. Seruandos autem esse uolunt, cum in principio, & medio, tum maxime in fine periodi: ubi moram trahit orator. Aristoteles paucos admittit, heroum nempe, & duos paeonias: quorum alterum, qui ex prima longa, & tribus breuibus constat, ut hoc uerbum, incipite, initijs aptum, alterum ex tribus primis breuibus, & ultima longa, ut hoc uerbum, dominuerant, clausulis accommodatum esse tradidit. Iambum autem, quem uulgarem, & trochaeum, quem nōd' alius appellat, minus probat. Noster Cicero, cui & ad stipulatur Fabius, quemadmodum quos Aristoteles reiect, pedes admittit, ita et paeonibus, quos ille maxime probauit, alias utiliores esse contendit. Creticum namq; cum initijs, & clausulis bonum, tum dichoreo, quem & ditro cheum uocamus, optimè cludi posse docet. Hinc statim scriptum de Oratore ad Quintum fratrem dialogum ordinatur: Cogitanti mihi s̄epenumero, & memoria uetera repetenti, perbeati Quinte frater, illi uideri solent, qui in optima Repub. cum & honoribus, & rerum gestarum gloria florerent, eum uitæ cursum tenere potuerunt, ut uel in negotio sine periculo, uel in otio cum dignitate esse possent. Principium creticus est: finis, cum ultimam Ci-

cero indifferentem haberi uult, ditrochæus: scutrochæus et spondeus. Proxima item periodus à cretico incepta, & ditrochæo est finita. Ac fuit tempus illud, cum mihi quoq; initium requiescendi, atq; animum ad uiriusq; nostrum præclara studia referendi, fore iuslum, & propè ab omnibus concessum esse arbitrarer: si infinitus foren-  
sium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu ho-  
norum, etiam ætatis flexu constitisset. Sed quos quo in lo-  
co pedes nostri locando esse uoluerint, ostendamus. Scri-  
pto ad Quintum fratrē de Oratore dialogo Cicero prin-  
cipijs pedes tribuit heroos, spondeū, pæonem illum, qui  
ex prima longa, & tribus sequentibus breuibus constat,  
& creticum. Clausulis autem choreos, hoc est dichore-  
um, seu ditrochæum, heroos, pæonem alterum, qui ex pri-  
mis tribus breuibus, ultima longa fiat, & item creticum,  
qui prima & ultima longis, breuem habet medium, assi-  
gnat. Idem autem Cicero de Oratore libro, præter hos  
ippos, quibus cludendum esse uoluit, iambum etiā, & tri-  
brachum clausulis, ubi maxime animaduertenteruntur, at-  
tribuit. Porro Fabius Quintilianus hūc sequutus, nullos  
male disputat: miraturq; autores certos quosdam præ-  
scripsisse: quasi essent, quos arceri ab oratione oportet.  
Nam cum oratio soluta esse debeat, certis astringi pe-  
dibus non debet: quod qui ex Græcis facere cœperunt,  
suo iure sunt derisi. Et ex nostris C. Carbo Tribunes  
plebis,

plebis, ut de Oratore testatur Cicero, cum pro concione  
 diceret, s<sup>e</sup>piusq; dichoreo uteretur, strepitu, clamoreq;  
 à multitudine excitato, est inturbatus. Ceterum Fabi-  
 us, dum omnes pedes in orationem cadere recte quidem  
 docet, hoc ipso mihi peccare uidetur, quod, cum uideret  
 Ciceronem præcepisse, proximos postremis, unum, aut  
 duos superiores esse spectandos, nec tamen hos indicasse,  
 ipse, qui penultimi essent, certos quosdam præscribere  
 nobis cœperit. Nam penultimos esse querendos, ultimis,  
 ubi maxime numerus sentiatur liberis, non puto: neque  
 ibi magis seruitutem, quam hic, cum ipse præsertim nul-  
 lam admittat, esse oportere. Cum igitur omnes in oratio-  
 nem pedes cadant, nec certis ex his s<sup>e</sup>pius sit utendum,  
 quod de industria crebro positi, atq; iterati, patient et fa-  
 stidium adserant, nemo profecto in querendis locandisq;  
 ijs sollicitus erit: quod ultiro ipsis, quibus animi sensa ex-  
 plicatur uerbis inclusi, se se nobis uel non uocati offerat.  
 Quare, si quod res est fatendum est, inanis propemodum  
 omnis de ijs præceptio est. Nam cum omne uerbum, aut  
 ex longis, et brevibus, aut ex his solis, aut illis constet, fe-  
 eri non potest, quin uel rudissimi cuiusq; oratio numeros,  
 pedesq; habeat. Nec uero hos in Herodoto, qui nullius  
 re minimus, atq; huius curam habuit, desideramus. Evidē  
 numerosam orationem esse oportere nō negauerim, sed  
 idem dixerim, ijs potius, quorum supra meninus, et  
 similibus confici: si latinis, propriis, atq; usitatis uerbis

constet: si nec consonantium asperos, nec uocalium hiul-  
cos habeat concursus: si non repetitionibus abundet: si  
non leuiora in contextu grauioribus postponantur, sed  
ut quæq; res postuleat, apte omnia locentur: si non longi-  
or, breuiorue, quam conueniat, periodus ducatur: uer-  
bisq; nisi asperitas obstat cludatur. Quod si fit, cum uer-  
bis, quibus mentis concepta explicamus inclusi numeri  
sint, hoc assequemur, ut nec numerus desideretur, nec re-  
bus cognoscendis intentum auditorem, lectorémue fru-  
stremur.

DE FIGVRIS, Q VAE DVO IN GE  
nera, uerborum & sententiarum spar-  
guntur. CAP. XXXIII.

**D**icendum subinde de figuris erit: quibus non mo-  
dò amplificatur oratio, sed & exornatur maxi-  
me. Schemata autem alia λέξεως esse, hoc est uerborū,  
alia διανοίας, hoc est sententiarum sensuumq; tū Grē-  
cis, tum nostris placuisse video. Inter hæc aut, hoc discri-  
minis Cicero tertio de Oratore, & Aquila Romanis esse  
dicunt, quod uerborum figura tollatur, ipsa si uerba aut  
mutes, aut aliò transferas: sententiarum uero permane-  
at, quibuscunq; uerbis uti uelis. Cum igitur schemata aut  
in uerbis, aut in sensu consistant, primum de uerborum  
schematis dicemus: que quod uerbis tantum accident,  
parum corpus orationis extendunt: deinde que senten-  
tiarum sunt subiectiemus: quibus, cum non modò oratio  
augeatur,

Augentur, sed & plurimum exornetur, quod non nisi ex locis fieri iam dudum docetur, quae quibus ex locis sumpta sunt ostendemus. Singula porro ad eos, quos supra exposuimus locos, quo magis ipsorum uis declaretur exigemus.

## DE VERBORVM FIGVRIS.

## CAP. XXXIII.

**I**nter uerborum igitur schemata, maximam gratiam habent, quos Graeci τρόποι vocāt. Sunt aut τρόποι cum nunc uerbi, nunc sermonis nativa propriaq; significatio, in non propriam transfertur.

Μεταφορά.
Συνεκδοχή.
Μετονυμία.
Μετάληψις.
Ἀντονομασία.
Όνοματοπία.
Κατάργησίς.
Ἄλληγροια.
Τύπερβολή.

Huius generis sunt

METAPHORA est, cum uerbi, seu nominis proprias significatio, in non propriam transfertur. Fieri autem id autores dicunt, nunc uocabulorum penuria, nūc explicande augendeq; rei causa. Penuria dicimus, genero sum equum: durum hominem: & in uitibus gemmam: pacare apes: luxuriare, & siliare agrum: gemmare uitē:

Et equitare eum, qui asino insidet: quæ, et his similitudinibus  
 alijs uerbis reddere non possumus. Explicanda autem,  
 atq; augendæ rei caussa, dicimus aliquem ira accensum:  
 lumen eloquentiae: belli fulmen. Atq; hoc genus metapho-  
 rarum, quando aliqua ex parte orationem extendit, ex  
 comparationis seu similitudinis loco sumitur. Sive enim  
 dicas: Cicero est ueluti lumen eloquentiae, quæ similitudo  
 est: sive est lumen eloquentiae, idem est. Verum quod bre-  
 ue, contractumq; id sit, et à nostris breuis est similitudo  
 uocata. Sumitur uarie metaphoræ: à bruto ad hominem:  
 ut si gannire, pro ineptire, et oblatrare: pro aduersari  
 cas: aut contra, si vulpem, perfidum: et cygnum, cano-  
 rum appelles. Sumitur et magna cum gratia ab animali,  
 ad inanimatum: ut terris irascitur aer: et ponto nox in-  
 cubat atra. Aut contra: ut, florida etas: uiridisq; iuuen-  
 ta. Dicitur et ab animali ad animal: ut si equum incende-  
 re, aut currere, quod hominum est, aut uolare, quod animalium  
 est, dicas: et pascere apes. Iam et ab animato ad inani-  
 matum: ut si orationem fluere, et odium suppullulasce-  
 re dicas. Porro sumnum lumen orationi adserit recte ac  
 commodata: plurimumq; cum oratores, tum poëtæ hac  
 maxime re delectant. Danda autem opera est, ne aut du-  
 ra, aut longius petita, sordidaq; sit: quali ille est usus, qui  
 Scipionis morte, casiratam Rempub. dixit.

SYNECDOCHE est admodum autoribus famili-  
 aris tropus, cum pars pro toto accipitur: ut tecta, pro  
 edificijs

edificijs. Totum pro parte: ut apud Poëtam: ingens à uertice pontus. Numerus pro numero: ut Romanus prælio uicit, pro Romani: & oratores uisi sumus, de se solo Cicero dixit. Species pro genere: ut pocula Acheloia poëta pro quauis aqua dixit. Genus pro specie: ut ferrū pro gladio. Continens pro contento: ut Roma olim caput rerum, pro Romani. Deniq; quotiescumq; aliud est ex alio intelligendum.

METONYMIA superiori uicina est, cum inuentore pro re inuenta, aut cui præsidet ponimus: ut Bacchum pro uino: Cererem pro frumento: Neptunum pro mari: Martem pro bello.

METALEPSIS est, cum à causis efficienibus, effecta indicamus: ut pallida mors. Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senecta. Morbi nang, & senecta, pallentes & tristes reddunt.

ANTONOMASIA est, cum breui uerborum circuitione, & descriptione, personam significamus: ut si Troiani belli scriptorem, pro Homero, & eloquentiae principem, pro Cicerone dicamus.

ONOMATOPEIA est nominis fictio, nobis nō iuxta ac Græcis concessa. Huius generis sunt, mugitus, sibilus, & hinc uerba mugire, sibilare, conficta ex animantium uoce. Hunc in modū & personatos, laruatos, numeratos, laureatosq; dicimus: quæ quanquam à uerbis deducta participia uideantur, tamen unde cadant, uerba de

siderantur. Et hoc tempore bellicum instrumentū, bōnū bardam uocamus.

CAT ACHRESIS est uocabuli abusio: ut si ho-  
minis uires breues, & longum consilium dicamus. Quin  
& per hanc figuram, pro uirtutibus uicina uitia accipi-  
mus, dum audaciam, fortitudinem: prodigalitatem libe-  
ralitatem dicimus.

ALLEGORIA est, cum aliud quam uerba prae-  
se ferunt intelligi uolumus: hac, omissa altera collationis  
parte, nunc similitudinem, nūc contrarium significamus.  
Similitudinem hoc pacto: si canes fungantur officijs lupo-  
rum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Huius gene-  
ris & illa sunt, pedem conserre: pro eo quod est argu-  
mentis confutare: & iugulum petere: pro eo quod est fir-  
mis argumentis aggredi. Contrarium autem innuimus, si  
impium, qui patrem uerberavit, Aeneam uocemus, quem  
in patrem piissimum extitisse constat. Verum hoc postre-  
num, ironiam licet uoces: quam allegoriae subiiciunt-

MIMHΣΙΣ cognata ironia est, quando alterius uer-  
ba, seu gestum imitamur: quod ferè deridentes impro-  
bantesq; facimus. Hac usus figura Phædria Terentianus,  
Thaida suam corripit his uerbis.

At ego nesciebam quorsum tu res: paruula  
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:  
Soror est dicta: cupio abducere, ut reddam suis.

AE N I G M A allegorie quoq; adiiciunt. Est namq;  
perplexa

Perplexa allegoria: atq; adeò, nisi suo loco positiū, omnino uitium.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,  
Treis pateat cœli spatum, non amplius ulnas.

HYPERBOLEN tropis attribuunt: qua quæ uolumus, nunc attollimus, nunc diminuimus. Hac figura quanquam corpus orationis non nihil augeatur, tamen cum ornatus is in uerbi sit, quibus grauioribus hic, quā ueritas requirat utamur, à tropis non separandum putauim. Huius generis sunt: ferit aurea sydera clamor: uix osibus hæret: geminiq; minantur in cœlum scopuli. Interdum non nihil uirium ex comparationis loco sumit: ut, Neforis ab ore sermo melle dulcior fluebat.

ΑΥΞΗΣΙΣ superiori uicina, cum pro proprio grauori uerbo utimur: ut si improbum, latronem: læsum, uulneratum dicas.

Hactenus de ijs λέξεως figuris, quas Ἑρόποτε illi uocant: que sequuntur, grammatices præcepta sapiunt, unde petende sunt. Quod genus sunt, Syncope, Epenthesis, Aphæresis, Anastrophe, Hyperbaton, Eclypsis, Aposiopesis. Hypallage item hoc pertinet, quæ poëtis permittitur: & est inuersa sententia: ut dare classibus austros.

ΟΜΟΙΤΕΛΕΥΤΟΝ, quod ε& ομοίωτον, quod in casibus fit accipitur, est quando in similes casus, seu uerba, aliásue uoces desinit oratio: ut perditissima ratio est, amorem petere: pudorem fugere: diligere formā:

## 133 GERARDI BVK. DE INVENT.

negligere famam. Hoc exemplo utrumq; docetur, cum in similes casus & uerba desinat oratio.

**AΣΤΡΑΔΕΤΟΝ** est, quo festinantes utuntur, cum sine coniunctionibus enunciatur oratio: ut, Ferte citi flamas, date tela, impellite remos. Nostri Articulum uocat.

**ANAPHORA** est repetitio, quæ ut nunc in principio, nunc in fine, alijs atq; alijs modis fit, ita Græci uaria nomina dantes, tum πλούτιον, tum παλινλογία, τις ζεπτανάληθηρ, tum αναδίπλωσις, tum προσχέποσις, tum ἀντίσφοδιον, tum συμπλοκή appellant. Quæ cū parū inter se differant, satis est, quoties aliquid suis de causis repetitur, Anaphoram uocare: ut, Verres caluniatorē opponebat: Verres de caussa cognoscet: Verres pronūciabat. Item, quis legē tulit? Rullus: quis tribus sortitus est? Rullus: quis decēniros creauit? Rullus.

DE FIGVRIS SENTENTIARVM,  
quibusq; ex locis cadant. CAP. XXXV.

**S**Ententiarū aut̄ schemata sunt, quibus oratio, ueluti corpus, grandescit & splendescit maxime. Inter h̄as insigne amplificandi lumen descriptio est, quam ὑπότιμοι Græci uocant: quares, omnibus explicatis circumstantijs ita depingitur, ut non narrari, sed geri uideatur. Describuntur autem, tum personæ, quas προσωπογένες illi uocant, quales sunt Annibal is apud T. Livium: Thersites, & aliorum Principum apud Homerū. Tum loca, quas πόποι προσωπογένες uocant, si certa sint: ut regionum.

regionum, urbium, portuum, aliarumq; id genus rerum  
 descriptiones passim apud autores: si uero ficta, totobet  
 oīāe: ut Cumæa Sybillæ antrum apud Maronem: &  
 Regia solis apud Nasonem. Tum tempus, quam Zovo=  
 Zōvīāp dicunt illi: qualis est apud Maronem:  
 Vere nouo gelidus, canis cum montibus humor  
 Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolut:  
 Deniq; describuntur res omnis generis: passimq; autor=es,  
 copiosa descriptione, res ueluti ob oculos ponunt: ut  
 T. Liuius primo libro, cum & alibi passim, certamē ter=  
 geminorum fratrum Horatiorum, & Curiatiorū, in me=  
 dio duorum exercituum concessu pro imperio, summaq;  
 rerum dimicantium: & noster uates Troiae excidium.  
 Nam cum paucis urbem dolo à Græcis captam explicare  
 Didoni potuisse, equum ligneum describit: Sinonem  
 dolo instructū super inducit: quæ deinde urbis flammæ,  
 quis ruentium ædium, templorumq; frigor, qui irruenti=um  
 resistentiumq; animi, quæ passim fugientium, morien=umq;  
 species extiterit, pluribus expressit. Sumitur autem  
 i n p t v πωσις ex adiunctorum loco. Neq; enim ali=unde  
 T. Liuius Annibalem nobis describere, quam cum à  
 corporis, tum animi uirtutibus uitiosq; potuit: nec aliun  
 de regiam solis Naso, quam ex quibus rebus constaret.  
 Quorum personarum, locorum, urbium, factorum, de=niq; omnis generis rerum, præsertim quæ cerni, tan=bique possunt, hoc ex loco, qui omnes complectitur

circumstantias, descriptiones petuntur. Verum uirtutes, uitaq; que cerni oculis nequeunt, à cauſarum & euenterum loco, nempe ab ijs, que in animis hominum efficiunt, cum aliunde non intelligamus, ferè describimus. Ut si iustitiam describas, quām hæc uirtus homines in officio retineat, nec alij alijs suum eripiant, alij alios lədant, pluribus erit depingendum. Est namq; descriptio, rhetorica definitio: atq; adeò per se locus: qui tamen rerum copiam sumit ab adiunctis. Hinc Naso inuidiam, & Maro Liuorem ita descriptis:

Liuor tabificum malis uenenum:

Intactis uorat ossibus medullas.

Reddit enim tabidos liuor. Quod si uero quæ impendebant, suisq; de cauſis futura sint diuinemus, & ab euentis descriptio sumetur: ut illa apud Ciceronem, cui ex primæ rei cauſa, similitudo est adnixta. Quod si istū iudices, uestris sententijs liberaueritis, statim, sicut ex causa leo missus, aut aliqua teterrima belua, soluta ex catenis uolitabit, & uagabitur in foro, acuens dentes multos in cuiusq; fortunas: in omnes amicos, atq; inimicos, notos atq; ignotos incurſans: aliorum famam depeculans: aliorum caput depugnans: aliorum domum, ac omnem familiam perfringens: Rempub. funditus labefactans. Hic que euentura incommoda essent, si malum hominem suis sententijs liberarent, multis describit uerbis.

INCREMENTVM est, cum grauioribus uerbis  
insurgit

insurgit increvitq; oratio: ut, Facinus est uincire ciuem  
Romanu: scelus uerberare: parricidiū necare: quid dicā  
in crucēm tollere? In singulis interdum fit uerbis, ut ue-  
ni, uidi, uici. Sumitur autem schema hoc ex alijs atq; alijs  
locis. Prius ex definitionis loco ductum est. Sunt nanque  
conglobatae definitiones. Posterius ex adiunctorum loco:  
nē pe factis, rebusq; gestis, quæ ijs, de quibus dicitur per-  
sonis adiacent. Interdum & ex comparationis loco sumi-  
tur: ut illud Ciceronis in Verrem. Non enim furem, sed ra-  
ptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitie, nō  
sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq; non sica-  
rium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumq;  
in uestrum iudicium adduximus.

CONGERIES, quam συνέθεστοι μοι illi uocant,  
est uerborum, sententiārumq; idem significantiū coacer-  
uatio: & eadem cum expolitione. Huius rei, hoc nobis  
ex oratione pro Ligario sit exemplum. Quid enim tuus  
ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat?  
cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum  
tuorū? que tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid  
cupiebas? quid optabas? Vno hic in loco, sententiaq; ma-  
netur: que alijs atq; alijs, idem ualentibus uerbis inculca-  
tur. Sumitur autem sēpius ex adiunctorū loco: sed & ab  
alijs potest.

SENTENTIA etiam, quam γνωμη̄ illi uocat,  
ornatur oratio. Ut amicitia est, idem nolle, & idem uelle

Mors miseria nulla est, sed ad mortem aditus. Sumptus  
hę sunt ex definitionis loco: sed & ex alijs possunt. A  
caussarum & euentorum loco illud est. Obsequium ami-  
cos, ueritas odium parit.

**A C C L A M A T I O**, quam επιφόνημα uocant illi,  
est qua amplificamus, dictoru clausula quedam breuis,  
superiori figurę omnino uicina: ut, Tantæ molis erat RO-  
manā cōdere gentē. Adeò in teneris assuecere muliū est.

**A E T I O L O G I A** est dictorum ratio, caussaq; sub-  
iecta: ut si postquam dixeris, pauciores id temporis ma-  
themata sequi, caussam subiectas, non posse fieri, ut eam  
re sibi quisquam elabordandum putet, cui nec honorem,  
nec præmia satis digna constituta esse intelligat. Sumitur  
quod & ipsa uerbi dictat, à caussarum loco.

**D I S T R I B U T I O**, quæ ab illis μορισ, μοσ dici-  
tur, est qua & mire augetur, exornaturq; oratio, cū sum-  
mam rei, totumq; in partes dispartimus: ut, Tota ciuitas  
euersa est: deicta moenia: portaru turriumq; ruina im-  
plete fossæ: ciuium tecta, deorumq; templa, pariim flam-  
ma absunta, partim manus subuersa, atq; disiecta: de-  
niq; omnia publica, priuataq; solo sunt æquata. Item to-  
tus monstrum est: os, humeri, uenter, manus, pedes, &  
cætera. Sumitur distributio à partiu enumeratione, atq;  
adeò ab adiunctis.

**G R A D A T I O** est, quæ ab illis κλίμαξ dicitur,  
cū à uerbis in uerba subinde grauiora ascendit oratio: ut  
Africano

Africano industria uirtutem, uirtus gloriam, gloria emulos comparauit. Tora leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam. Item que reliqua spes libertatis manet, si illis, et quod audent, et quod libet, licet, et quod licet, possunt, & quod possunt, audent, & quod audent, faciunt, et quod faciunt uobis molestum non est? Sumitur ferè ab adiunctis, & euentis: quod ipsum, & his declaratur exéplis.

**CONTRARIVM**, quam & contentionem nos, illi & ut i& op uocant, est, cū pugnātibus inter se rebus dilatatur oratio: ut, In ocio tumultuaris, in tumultu solus es ociosus: in re frigidissima cales, in feruentissima friges. tacito cū opus est clamas, cum loqui opus est obmutescis: ades, abesse uis: abes, reuerti cupis: in pace bellum queritas, in bello pacem desideras: in concione de uirtute loqueris, in prælio per ignauiam tubæ sonitum perferrre nō potes. Quo autem ex loco ducatur, ipsa uox indicat.

**INVERSIO** est, cum quæ contra nos adseruntur, pro nobis facere docemus: ut si alter Germanos parum religioni deditos disputet, quod in hac multa mutari uelint: alter autem, hoc ipso maxime pios esse contendat, quod abusum tolli uelint. A contrariorum hæc sumiuntur loco.

**CORRECTIO** est, quā illi ἐπενόγθωσι p uocāt, quæ quod dictum est tollit, atq; aliud pro eo idoneum magis reponit: ut si ille ab amicis petisset, quid dico petisset? saltem fortunam suam indicasset, suis rebus optime con-

*S*uluisset. Sumitur autem ab adiunctis, nempe rerum circumstantia.

PARENTHESIS quoq; nulli non nota, auget aliqua ex parte orationem, dum periodis inseritur. Sumitur item ab adiunctis.

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ eleuatio est, qua grauiora in nos allata argumenta, que diluere labor est, eleuamus et cōtemnimus: nihil attinere ad ea respondere, que nihil ad rem ficerent. Eleuanda autem res est ab adiunctis, à contrarijs, alijsq; ex locis.

PRAETERITIO πρόληψις ab illis dicta, cū dicimus nos præterire ea, que maxime dicimus: Ut non dico quām foede à puero uitam institueris: quām parentes uerberaucris: quā omnibus bonis posthabitis studijs, turpissimas quasq; corporis uoluptates secutus sis. Sumitur schema, dum hominū facta insectamur, ab adiunctis.

OCCUPATIO illis προκατέληψις est, cum tācītæ obiectioni occurrimus: eaq; que obijci possent, præuenientes diluimus. Sæpius hac autores utuntur: et Ciceronis usus est in Pompeiana, cū aliâs passim, postquām à L. Lucullo Mithridatem regno pulsum dixisset, ne bellum, quod maximum uidcri iuoluit, cuiq; summum ducem Cn. Pompeium præfici iuoluit, eleuasse uideretur, subiicit. Requie retur fortasse, quemadmodum cū hæc ita sint, reliquum possit esse magnum bellum: et que sequuntur. Sumitur à causæ personarumq; circumstantia: hoc est ab adiunctis. Concessio

CONCESSIO est, qua aliquid concedimus, quo ea, quæ uolumus, magis aut impugnemus, aut recte facta defendamus. Cicero quidem concessit Milonem intercessisse Clodium, sed iure fecisse idem pluribus edocuit. Sumitur ut superior, ab adiunctis.

COMPARATIO grauiſſimum amplificandi lumen est. Quid enim comparatione non splendescit, increscitq; plurimum? Tot amſerè pro Marcello orationem, hinc instructam esse diximus. Quantam autem eꝝ pro Muræna hinc copiam ſumpſit orator, iurisprudentiam cum re militari conferendo, argumento eſt ipsa oratio. Cum autem locus fit, ſupra quæ hinc augendi ratio fit, ſatis oſtendimus. Verum animaduertendum eſt, nunc ad exornandum ſolum, nunc ad probandum nos collationibus uti.

SIMILITUDO itidem ut comparatio, nunc ornandi ſolum, nunc conſirmandi cauſa adhibetur: unde eꝝ exempla cadunt, quibus eodem paſto res, modò illuſtramus, excornamusq; modò ucriſimiliores probabilior esq; reddimus.

PROSOPOPEIA eſt, cum modò defunctis extat, modò patriæ, rebusq; inanimatis personam, oratio nemq; tribuimus: grauiſſimū ſchema, eꝝ ad ornandū, eꝝ ad commouendum. Cicero Patriam in Catilinam loquenter introduxit. Maro Fame perſonā uerbaq;, Naso ſuo de triftibus libello tribuit. Sumitur autem ab adiunctis.

INTERROGATIO Græcis ἐρώτημα, nō sumplex schema est, orationemq; auget, sed cū instādi caussā plures congregatæ admouentur: quale illud: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorū? quæ tua mens? Materia sumit ab adiunctis.

EXCLAMATIO est, que Græcis ἔφωνται, qua animi nostri dolorē, indignationemq; significamus: qualis illa Ciceronis in Catilinam. O tempora, o mores: Senatus hoc intelligit: Consul uidet: hic tamen uiuit. Et hoc schema ab adiunctis res mutuatur.

SVBIECTIO est, quando quod objici nobis potest, ipsi querimus, & statim id subiçimus, diluimusq;: quale illud est: Quid me facere conueniret, cum à tantis Gallorum multitudine circumfederer? an dimicarem? at cum parua manutum prodiremus, locū quoq; inimicissimum habebamus. Sederem in castris? at neq; subsidium quod expectarem, habebamus, neq; erat quo uitam produceremus. Castra relinquem? at obsidebantur. Vitā militum negligem? at eos uidebar accepisse ea conditio, ut quoad possem incolumes Patriæ & parentibus conseruarem. Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Prædicat hoc schema Cicero, ut quod multum acrimonie, & grauitatis ad exornandum adferat. Sumitur autem à rebus circumstantia: hoc est ab adiunctis.

Apostrophe

APOSTROPHE est, cum ab eo, apud quem dicimus, ad alium orationem conuertimus: ita Cicero à Cæsare ad Tuberonem conuertit orationem. Habis igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum: sed tamen hoc ita confitentem, se in ea parte fuisse, qua de Tubero, qua uirum omni laude dignum patrem tuum. Materiam item ab adiunctis sumit. Interdum simplex est, parumq; orationem extendit.

PROPOSITIO, quanquam Cicero inter sententiā figurā locet, schema non est. Neq; enim quicquā exornat, sed quid dicetur, auditorem seu lectorem breuiter docet. Reddimus autem nobis attentos, et dociles, summam rei paucis proponendo. Quare non rhetores modo, sed et poëtae principio summam euentorum, quae pluribus exposituri sunt, uel antequam cauſas explicat, paucis proponunt. Verum et toto orationis corpore, sepe aliiquid proponendum est. Titus Liuius passim ferè, rerum gestarum euentorumq; summam, breuiter proponebit. Qua re hoc assequitur, ut semper rerum cognoscendū quadam uoluptate, in legendō lectorem retineat-

TRANSITIO est, cū quid dixerimus, et subinde dicturi sumus, breuiter indicamus: ut, Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellū esset genere ipso necessariū: magnitudine pericolosum: restat, ut de Imperatore ad id bellū deligēdo, ac tātis rebus præficiēdo, dicendū esse videatur. De hac aut idē, qd' de ppositiōe iudico.

EGRESSIO, quā modō excusum, modō digressiōnem uocant, Græci πρέμβασις, mirum in modū ordinationem extendit. Est autem egressio autore Fabio, alienē rei, sed ad utilitatem caussæ pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio. Excurrimus autem, nunc in personarum laudem: qualem Cn. Pompei pro L. Cornelio Balbo Ciceronis oratio continet: nunc locorum, atq; regionum, ut Siciliæ apud eundem in Verrinis prædicatio. Deniq; in laudem omnis generis rerum digredimur. Pro Archia poëta Cicero, in commendationem studiorum humanitatis, à caussa est digressus. Nec in harum rerum laudem modō, sed & uituperium excursus adhibetur. Sēp̄t̄ præterea adhibetur aut ornandi, aut delectandi, aut preparandi caussa: ut illa T. Liuij de Lucumonis Tarquinij Roman commigrantis Patria, atq; fortuna egressio, altiusq; petita oratio. Sumitur autem ex adiunctorum loco: qui omnium horum, personarum, rerumq; ab ijs gestarum, temporum præterea, locorumq; describendorum nos admonet. Verum cum & in locos communes excaramus, ne quis hos diuersos ab ijs, quos suprà explicuius, quibus ut omnia, simul & hi continentur, quisint, & unde cadant dicendum est.

QVID LOCI COMMUNES, ET  
unde cadant. CAP. XXXVI.

IN locos communes digredientes, mirum in modū ordinationem locupletamus. Aphthonius locum communem his

his definit uerbis: κονώς δέ τόπος, λόγος αὐξήλυκός  
 προσόντων οὐκαλώρης οὐκαλώρης, hoc est, com-  
 munis locus oratio est amplificatoria, existentium alicui  
 bonorum, aut malorum. Dici autē ita, idem subiicit, quod d  
 communes omnibus sint eodem in negotio uerantibus. Si  
 quidem in proditorem, sermo omnibus idem, eam agenti  
 bus caussam conuenit. Bona igitur & mala, quae homini-  
 bus adiacent, ut iustitia, prudentia, temperantia, fortitu-  
 do, innocentia, constantia, magnanimitas, misericordia,  
 humanitas, pietas, clementia, luxuria, superbia, petulan-  
 tia, ebrietas, ignavia, crapula, periurium, parricidium,  
 proditio, cædes, perfidia, adulterium, sacrilegium, aliaq;  
 id genus innumera, communes loci sunt. In his autem o-  
 mnibus, & similibus, nihil dubij est. Nemo enim est, qui  
 non uirtutes laudandas, & contra uitia uituperanda pu-  
 tet. Sunt & nonnulli controversi, minusq; certi: ut testi-  
 monia, rumores, questio[n]es, misericordia. Nam alter te-  
 stimonijs, rumoribus, questio[n]ibusq; standum, alter nul-  
 lam ijs fidem habendam esse disputet. Alter iudicem mis-  
 ericordia moueri oportere, alter in iudice misericordiæ  
 locum nullum putandum esse contendat: ut quem non ex  
 affectu, sed lege agere conueniat. Cicero ad Herennium,  
 & item de inuentione, cuiusq; causse propria argumen-  
 ta proprios locos uocat: que uero in omnes alias eiusdē  
 generis caussas, aut plerasq; transferri possunt, commu-  
 niaq; sunt, communes locos secundo de inuentione libro

his uerbis appellat: Omni autem in cauſſa, pars argu-  
 mentorum eſt adiuncta ei cauſſae ſolum, que dicitur: Et  
 ab ipſa ita duc ta, ut ab ea ſeparatim in omnes eiusdem ge-  
 neris cauſſas tranſerri non ſatis commode poſit. Pars  
 autem eſt peruagatior: & aut in omnes eiusdem generis:  
 aut in plerasq; cauſſas accommodata. Hæc ergo argu-  
 menta, que tranſerri in multas cauſſas poſſunt, locos co-  
 munes nominamus. Nam locus communis, aut certa rei  
 quandam conuinet amplificationem, ut ſi quis hoc uelit  
 oſtendere, cum, qui parentem necārit, maximo ſupplicio  
 eſſe dignum: quo loco, niſi perorata & probata cauſſa,  
 non eſt utendum. Aut dubiae, que ex contrario quoq; ha-  
 beat probabiles rationes argumentandi: ut ſuſpicionibus  
 credi oportere, & contrā ſuſpicionibus credi non opor-  
 tere. Hic orator, non ſolum quid ſit, ſed & quando uen-  
 dum docet. Idem hæc de re, in eandem ſententiam tertio  
 de Oratore his uerbis diſſerit. Conſequentur etiam illi lo-  
 ci, qui quanquam proprij cauſſarum, & inhærentes in  
 ipſorū neruis eſſe debent, tamen, quia de uniuersa re tra-  
 clari ſolent, cōmunes à ueteribus nominati ſunt: quorū  
 partim habent uitiorū acrem quandā cū amplificatione  
 accusationē: aut querelam: cōtra quā dici nihil ſolet, nec  
 poſteſt: ut in depeculatorē: in proditorē: in parricidā: qui  
 buſ uti confirmatis criminibus oportet: alius enim ieiuni-  
 ſunt, atq; inaneſ. Alij autē habent depreciationē, aut miſe-  
 rationem: alijs uero ancipites diſputationes: in quibus de  
 uniuerso

uniuerso genere, in utrāq; partem differi copiose licet.  
 Hactenus ille. Aphthonio igitur definitore, loci cōmunes  
 sunt adiuncta homini bona & mala: Cicerone uero, qui  
 paulò latioribus uidetur circumscripsisse terminis, argu-  
 menta quēdā causis inhæretia, atq; adeo aliquibus de re-  
 bus quēdā hominū animis accepte opiniones, persuasio-  
 nesq;: quæ in oēs eiusdem generis caussas, aut plerasq;  
 transferri possint: & modò omnino certæ, indubitatae q;,  
 modò ancipites, dubiæq; existant. De certis aut, dubijsq;  
 iam dictū est. Sunt porro oēs hi, philosophici loci: atq; a-  
 deo citra certarum personarū complexū infinitæ theses:  
 dandaq; opera est, ut earū rerū, in quas digrediendo am-  
 plificamus, non uulgarem cognitionem habeamus. Neq;  
 enim de iustitia, temperantia, luxuria, inuidia, cæterisq;  
 id genus rebus, is probabiliter dicet, qui quantum in ani-  
 mis hominum hi affectus, habitusq; ualeant, minus cōper-  
 tum habeat. Cum igitur loci cōmunes personis, earumq;  
 rerum de quibus agitur, quasi neruis adhæreāt, nemo du-  
 bitet, oēs hos ex uno illo, quem suprà explicuimus adiun-  
 ctorum loco cadere: qui omnium horum, que rebus, de  
 quibus dicitur, scribiturue, adiuncta sunt, nos admonet.  
 Hæc de figuris, & ornamentis orationis: quæ quibus ex  
 locis sumantur, obiter indicauimus: quod, dum de ampli-  
 ficatione usuq; locorū scribimus, faciundum esse putau-  
 mus: & hoc quidē magis, quod Cicero, scripto ad filiu de  
 Partitione oratoria dialogo, ubi de peroratiōe disputat,

hæc rerum ornamenta amplificationesq; et ex illis ipsis,  
unde argumenta ducuntur locis, sumenda esse, non tam  
commonstrauit, quām præcepit. Adhibentur autem, non  
modò ad amplificandum, illustrandumq; , sed & sèpe ad  
faciendam fidem, motusq; animorū concitandos. Sed affe-  
ctus, quanquam hac ipsa rerum amplificatione conciten-  
tur maxime, seorsum tamen de ijs paucis nobis dicen-  
dum est.

Q VID AFFECTVS, Q VOT GENE  
ra, & unde ducatur. CAP. XXXVII.

**C**VM in eloquitione, tria potissimum oratori pre-  
standa sint, ut doceat, delectet, & moueat, & de  
duobus primis dixerimus, de motu ut paucis dicamus re-  
stat. Quanquam ijs ipsis, de quibus diximus, dilucida, nu-  
merosa, figurisq; exornata oratione hoc ipsum, motus  
ut animis adferatur, asequamur maxime. Quē enim mi-  
serabilium, indignarum, turpium, superbarumq; rerum,  
atq; simillium, perspicua copiosaq; descriptio non cōmo-  
ucat? quem non similitudines ducant? quò non egressio-  
nes, comparationes, ipse deniq; prosopopeiae, quacunq;  
modo incumbat, animos impellant? Que, quanquam ita  
sint, dicendum tamen breuiter, quid affectus sit, quot ge-  
nera, & unde ducatur. Affectus igitur meo iudicio dici  
potest, animi motus ad iram, inuidiam, odium, metū, com-  
miserationem, ceterasq; id genus animorum affectiones.  
Irascamur autē offensi contemnentibus, iniuriaq; afficien-  
tibus

tibus aut nos, aut eos, quibus id fieri indignum putamus. Itaque iudices, partium contumacia, arrogantia, securitate, dum se contemni putant, offenduntur maxime. Huic contrarius affectus est mansuetudo: qua amabiles nostros mores, quibus nihil inest turbulēti, ijs significamus, quos aut inuitos offendisse, aut facti sui pœnitere, aut denique irascētibus humiles cessisse, locumq; dedisse intelligimus. Inuidemus autem fortunatioribus, et maxime æqualibus, opes, honores, magnorumq; gratiā consequentibus: quorum de fortuna dolemus. Huic contrarius affectus est fauor. Nam ut inuidia animi dolor est ex aliena felicitate, ita fauor eadem ex re animi gaudium est, atq; uoluptas. Odium autem, ex turpitudine nascitur. Nam turpes, improbos, sceleratos, denique omnis generis uitia, atq; malefacta odimur. Odio rursum amor repugnat. Metuimus autem, atq; timemus, aut nobis, aut nobis maxime charis impendientia mala: nempe potentius iram: iniustorumq; omnium, quos & uelle, & posse nocere uidemus. Timoris contrarius affectus est fiducia. Commiseratio, præcipientis hic, plurimumq; in bonorum hominum animis ualens affectus est. Nascitur autem ex aliorum infortunijs, calamitatibusq; quos maxime indigna pati arbitramur. Huius rei secundus Aeneidos liber exemplum esse potest.

Quem non moueat dolis instructum Sinonem Priamo,  
& grandeuo, & regi tam misere imposuisse: qui hosti,  
unde sibi urbiq; pernicies struebatur, non modo peper-

cit, sed & insuper misericordia motus addidit,  
 Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios,  
 Noster eris.

Cui non Anchise senis, Principisq; uiri oratio lachry-  
 mas excutiat, suis quidē, dum salutis rationem habent  
 fugam consulentis, suam uero ipsius uitam negligentis?

— Vos o, quibus integer æui

Sanguis ait, solidæq; suo stant robore uires,

Vos agitate fugam —

Mesi Cœlicolæ uoluissent ducere uitam,

Has mihi seruassent sedes: satis una, superq;

Vidimus excidia, & capte superauimus urbi.

Sic o, sic positum affati discedite corpus:

Ipse manu mortem inueniam: miscrebitur hostis:

Exuuiasq; petet: facilis iactura sepulchri est.

Iampridem inuisus diuis, & inutilis annos

Demoror, ex quo me diuum pater, atq; hominum rex

Fulminis afflauit uentis: & contigit igni.

Sed plena sunt omnia affectibus, et cōmiseratione digna.

Porro affectuum duo genera sunt: alterū πέθος illi, al-  
 terum θύμος uocant: illud uehemens, concitatum, rapi-  
 dumq;: hoc lene, mansuetū, atq; amicabile: illo uehemen-  
 ter cōmouemur, hoc persuademur: illo impellimur, hoc  
 inducimur. Huius postremi generis est epistola Penelo-  
 pes apud Ouidiu ad coniugem suū Vlyssem. Tota nang;  
 θύμος est: ut qua beneuolum, mansuetumq; pudicæ conu-

gis in-

gis ingenium, cui nibil turbulenti inest, fidesq; erga mari-  
tum depingitur. Superioris autem generis, apud eundem  
Poëtam Phillidis ad Demophontem epistola est: quæto-  
ta est pathetica. Concitatum namq; atq; amoris impatiens  
tissimum ingenium foeminae, non modo conuitantis, infamansq;  
sed & suam ipsius uitam, modo ueneno, modo  
laqueo, modo undis finire uolentis introducitur. Dicuntur  
autem affectus, ex illis ipsis, quos suprà exposuimus  
locis: unde ad fidem argumenta sumuntur. Neq; enim po-  
test fieri, quod & ipsum, cum Fabius, tum Cicero nō uno  
in loco sentit, ut aliunde motum, quam unde fidem, homi-  
num animis adferas. Huius rei uel una illa Penelopes epi-  
stola nobis sit exemplum: ubi, postquam proposuisset, sta-  
tim ex adiunctorum loco affectus mouet:

Troia iacet certe, Danais inuisa puellis:

Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Deinde à caussis & euentis, coniugis animum cōmouet:  
Outinam tunc cum Lacedæmona classe petebat,

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Non ego deserto iacuisse frigida lecto:

Nec quererer tardos ire relicta dies.

Nec mihi querenti spatio am fallere noctem,

Lassaret uiduas pendula tela manus.

Qui sequitur affectus, ex definitionis loco petitus est.

Quando ego non timui grauiora pericula ueris?

Res est solliciti, plena timoris amor.

**Quin** & ex comparationis loco coniugis animū mouit.  
Diruta sunt alijs, uni mihi Pergama restant:

Incola captiuo, quæ boue uictor arat. & cætera.  
Postquam enim euersa Troia Græcorum Principes omnes redijſſe, et nymphas dijs immortalibus gratias age re, resq; gestas à suis maritis cognoscere dixiſſet, mire ſui commiſerationem hac collatione mouit ſubijciendo, cæteris omnibus quidem euersa, ſibi uero ſoli Pergamareſtare: & uictorem uirum abeſſe. Hunc in modum non hic modò, ſed & in omni scripto, atq; oratione, ex illis ipſis, unde ad fidem argumenta, & affectus ſumuntur. Porro poëta, historici, oratores, omnis deniq; generis autores mire affectus mouent, copiosa omnibus explicatis circumſtantij, quas personarum negociorumq; attributa Cicerio uocat, r̄erum miseratione dignarum deſcriptione: cuius rei, ſecundus Aeneidos nobis exēplo eſe liber potest. Sunt autem circumſtantiae, quis, quid, ubi, quādo, quomo- do, quamobrem, hoc eſt, persona, res, locus, tempus, mo- dus, cauſa. Græci has π̄σιστορίę propterea uocāt, quod personis, ſeu rebus, de quibus agitur, quaſi circumſtent. Ut ſi facta cædes sit, quemadmodū non ſine loco, & tem- pore, ita ne ſine percuſore quidē fieri potuit. Percuſor igitur, locus, tempusq;, quod imperfectum quaſi circumſtant, circumſtantiae ſunt: & præterea quo ordine, mo- doq; res ſit geſta: tum cauſa, conſiliumq; interficiendi, quod in percuſore ſpectatur, huc pertinet. Has ergo cir- cūstantias

cūstantias, si copiose omnes in persona, ut ætas, forma,  
 ualētudo, fortuna, habitus, uox moriētis, aliaq; id genus:  
 in loco, planus an montanus, celebris an desertus, publi-  
 cus an ipsius, sacer an prophanus, atq; his similia, hic, et  
 in ceteris persequaris, mire affectus mouebis. Omnes  
 autem cūstantias, unus adiunctorum locus complecti-  
 tur: quanquam modum, & causas, ad causarum euentu-  
 rumq; locum restras: qui tamen, quemadmodum ab ad-  
 iunctis nascatur, suprà ostendimus. Recte Cicero de in-  
 uentione præcipit, locis cōmūnib⁹ sternendam uiam eſſe  
 ad affectus mouendos: atq; ijs, antè, quam ad commo-  
 uendum descendamus eſſe utendum. Nam cum ðeōris, nul-  
 lam rem certam, definitamq; significet, non perinde ani-  
 mū hominis moueat, atq; ὑπόθεσις, que res personasq;  
 certas oculis subiicit. Quare communibus inductis locis,  
 recte auditoris animum ad misericordiam nobis præpa-  
 ramus. Ut si de cæde facta commouendi hominum animi  
 sunt, commode de uita humana, qui locus communis est,  
 antè dixeris, quam uarijs hæc fortunæ casibus, improbo-  
 rumq; hominum telis sit obnoxia: deinde de certo homi-  
 ne, quam miserabiliter sit oppressus, dicere incipias. Hæc  
 de ipsa exornādi ratione: que quidem satis eſſe possent.  
 Diximus enim, quibus præstetur, ut doceamus, delecte-  
 mus, & motum animis adferamus. Verum cum non que-  
 uis causa omnem amplificationem, exornationemq; re-  
 quirat, gradusq; hic ab autoribus seruati sint, dicendum

nobis breuiter erit, de dicendi generibus: ut cognito, quib⁹  
qui⁹, & quo in genere magis rhetorici sint, nos de  
ijs, & melius iudicemus, & felicius imitemur.

DE TRIBVS DICENDI GENERI=

bus: & qui quo in genere autores uer=

sentur. CAP. XXXVIII.

**T**Ria uero dicendi genera sunt: humile, quod & sub  
tile, mediocre seu floridum, sublime, quod & gra=ue, atq; grande uocant. Humile genus, oratio est pura, la=rina, & quotidiano sermone proxima: nulli nisi breuiter dilucideq; explicande rei deseruiens: nullisq; nisi in uili gari usu positis ornata figuris. Quare hoc in genere, nulle descriptiones: nulle cōparationes, similitudinesq; nisi breuiſimæ: nulle omnino prosopopeiae: nusquā ex=cursus: loci⁹q; communes: deniq; nihil earum figurarum, quibus oratio extendi, exornariq; solet. Hoc in genere uersantur Ciceronis officia: eiusdemq; epistole: quanquā inter has, nonnullas exornationes deprehendas. Terentianæ comœdiæ. Fabiana item, Ciceronianæq; de rhetori ea præcepta. Iam & Cæsaris Sallustijq; historiæ: quan=quam hi pleniores uideri possunt: hic in exordijs concio nibusq; ille toto quidem orationis corpore: ut qui paſſim sui ſimilis eſt. Nam quanquam rerum à ſe geſtarum hi=ſtorias propterea commentarios inscripſerit, ut qui uel= lent poſt ſe magis extenderent, exornarentq; ita tamen omnia enarrauit, ut nihil ferè auxiſſe, ſed parum omiſſe uideri

uideri possit. Quandoquidem à causis, cōsilijs, loco, tempore, reliquisq; id genus circumstantijs, tum brevibus regionum, locorumq; descriptionibus, habitarumq; orationum capitibus, & rerum ponderibus ita narrationem locupletauit, ut quidem transcurrisse, sed omnem tamen rem ostendisse intelligatur. Huc & Maronis Bucolica, deniq; narrationes, confirmationes, confutationesq; plērāq; pertinent.

Mediocre genus est, ubi oratio copiosior, sententijs, figurisq; ornatior instruitur, quam vulgaris loquendi usus requirat. Hoc in genere Maronis Georgica ponenda sunt: ubi rusticandi p̄cepta quae dedit, ita uerborum, rerumq; ornamenti illustravit, ut legēdi, cognoscendiq; tedium omne sustulisse videatur. Hoc item in genere & Ciceronis plēraq; omnia de philosophia scripta uersantur: & nonnullæ orationes: ubi nō omni amplificādi gener exarsit: qualis, ut et ipse testatur, pro lege Manilia oratio est. Præterea huus generis Ouidianæ epistole sunt: & eiusdem uatis plēraq; omnia: & Titi Liuij decades. Nam hic plus cæteris, consilia, caussas,uenta, similitudines, comparationes, digressiones, descriptiones, loci, temporis, aliarumq; rerum circumstantias, concionesq; crebriores, copiosioresq; admiscendo, historiam suam exornauit. Atqui hic tamen ita se gerit, ut historium se meminisse uidri possit: cuius officium est, res gestas dilucide, & quanta fieri potest cum delectatione.

enarrare: non facta ubiq; mora, omni amplificandi ge-  
nere exardere. Itaq; & in concionibus, argumentis est  
densior, quam rerum ornamentis copiosior. Cuius rei,  
cum & pler. eq; aliæ, tum Q. Fabij Maximi de Pu-Sci-  
pionis in Africam traiectione oratio, nobis argumento  
esse potest.

Sublime genus, quo pedem figentes, omni uerborū re-  
rumq; copia utimur: quo uerbis translatis, superlati,  
deniq; omni ad fidem, motumq; animorum figurarū, am-  
plificandiq; genere, orationē nostrā exornamus. Hoc  
in genere pler. eq; Ciceronis orationes sunt constitutæ.  
Quanquam nulla ferè oratio sit, ubi nō speciem aliquam,  
præsertim in narrationibus, & confirmationibus, medio-  
cris, & interim subtilis illius generis deprehendas. Ver-  
santur & in sublimi charactere Vergilius noster, & Ho-  
merus. Verum apud hos, non modo graue illud, & subli-  
me, sed & modo mediocris, modo subtilis illius generis  
uestigia reperias. Nam modo breues, modo mediocres,  
modo graues atq; sublimes conficiuntur: ut iure hos in  
in omni genere eloquentie clarissimos extitisse dicamus.  
Grauis huius, & sublimis generis, eiusmodi apud Cicero  
nem exemplum est. Nam quis est uestrūm iudices, qui sa-  
tis idoneam posse in eum poenam excogitare, qui prode-  
re hostibus patriam cogitauit? quod maleficium cū hoc  
scelere comparari? quod huic maleficio dignū supplici-  
um potest inueniri? In ijs qui uiolassent ingeniam, ma-  
trensam

tremfamiliās constuprassent, pulsasset aliquem, aut po-  
 stremo necassent, maxima supplicia maiores nostri con-  
 sumperunt, huic truculentissimo ac nefario facinori sin-  
 gularēm poenam non reliquerunt? Atq; in alijs malefi-  
 cīs ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria  
 peruenit, huius sceleris qui sunt affines, uno consilio uni-  
 uersis ciuibus atrocissimas calamitates machinantur. O  
 feros animos: O crudeles cogitationes: O derelictos ab  
 humanitate homines. Quid agere ausi sunt, aut cogitare  
 potuerunt? Quo pacto hostes reuulsis maiorum sepul-  
 chris, deiectis mōnibus, ouantes irruerent in ciuitatem?  
 quomodo deūm spoliatis templis, optimatibus trucidat=  
 is, alijs arreptis in seruitutem, matribus familiās, & inge-  
 nis sub hostilem libidinē subiectis, urbs acerbissimo con-  
 ciat incendio conflagrata? qui se non putant id quod  
 uoluerint ad exitum perduxisse, nisi sanctissime patriæ  
 miserandum scelerati uiderint cinerem. Neque o uerbis  
 consequi iudices indignitatē rci: sed negligentius id fe=  
 ro, quia uos mei non indigetis. Vester enim uos animus  
 amantisssimus Reipub. facile edocet, ut eum qui fortunas  
 omnium uoluerit prodere, præcipitem perturbetis ex ea  
 ciuitate, quam iste spurcissimorum hostium dominatu ne-  
 fario uoluit obruere. Hinc porrò, quæ huius generis uis,  
 copiaq; sit, cognosci potest. Non autem committendum,  
 ut si res priuata, leuisq; sit, omni figurarum affectuumq;  
 genere exardescamus. Sublime nanq; genus, leuia priua

taq; ferè respuit: maiora, grauioraq; se digna putat. Hoc  
merus tria hæc genera tribus in Principibus nobis propo-  
suit, Menelao breue, Nestori medium, Vlyssi sublime affi-  
gnans. Verum & inter hæc rursus, media esse animad-  
uertendum est. Inuenitur enim sæpe, quod inter tenuet  
mediocre, & inter hoc rursus, & sublime, medium cur-  
sum seruet: quod is animaduerit et facile, qui locorum u-  
sum, & amplificandi rationem tenet.

## DE ACTIONE ET MEMORIA.

## CAP. XXXIX.

**S**cripturis nobis de locis, & amplificatione oratoria,  
ipsa præscripsit ratio, quinque illas rhetorices par-  
tes, inuentionem, dispositionem, eloquitionem, actionem  
& memoriam breuiter simul esse explicandas. Nam com-  
munibus illis dialecticorum rhetorumq; locis explicatis,  
non solum que inde amplificandi augendiq; ratio esset,  
quod quemadmodum in laude, & in reliquis subinde ge-  
neribus sumus ostensuri, indicandum erat, sed et ut co-  
piose inuenta disponenda, atq; ita figuris exornanda es-  
sent, ut siue ad dicendum uenias, siue ad scribendum te-  
conferas, docere, deleclare, & commouere possis. Itaq;  
cum de tribus prioribus, que præcipue sunt dixerimus,  
de reliquis duabus, dicenti modò necessarijs, actione &  
memoria, subinde dicendū erit. Decora igitur actio, pro-  
nunciatioq; quarum illa in gestu, hæc in uoce posita atq;  
eadem est, res dicenti tam necessaria, ut nonnulli claritha-  
mines

mines palmam huic dederint. Nec hercle immerito: quid  
 enim copiose inuenisse, beneq; disposuisse, tum nullis non  
 figuris exornasse profuerit, nisi decens, rebusq; accom=  
 modata actio, pronunciatioq;, hæc commendet omnia?  
 Verum cum foro, ubi regnare solebat, iam explosa sit elo=  
 quentia, et ne illi quidem omnes, qui tum foro probaban=  
 tur, nostris id temporis placere gestus possint, prudenti  
 consilio, pro loco, et tempore, caussæq; et auditorum re=  
 spectu, moderanda hæc erunt omnia. Nusquam gentium  
 aucteribus pedum suppositionem acceptam esse puto: et  
 in brachiorum iactu, plus apud Italos, quam Germanos  
 dicturis permittitur. Quare hac de re in præsentia, nihil  
 mihi præterea præcipiendum uidetur, quam ut quisq; an  
 tequam ad dicendum prodeat, diligenter secum expen=  
 dat, que actio, pronunciatioq; conueniat: ne quid secus,  
 quam caussa et locus postuleat, indecorum fiat. Hoc uitij, for=  
 te à circulatoribus acceptum, quis deum immortalem nō  
 suo ure rideat, nonnullos hoc tempore, non tam dicere  
 quam cancre? Huius rei, adeò nō apud Romanos, autor=  
 esq; ullum uestigium reperias, ut Iulius Cæsar, ne carmē  
 quidem canendum, nedum prosam orationem putaret: di=  
 cerei q; si legis cantas, si cantas peccas. Nam quos à ca=  
 nente minime, à legente numeros, temporaq; accipias  
 commode. De memoria quid dicemus? qua qui caret, ut  
 ad nullam penè rem, ita ne ad dicendum quidem erit ac=  
 commodatus. Iuuari tamen arte et hanc posse autores

164 GER. BVK. DE INVENT. ORAT.

uoluerunt: si per loca, et quedam simulachra, aliaq; id genus signa animis impressa, rcrū recordaremur. Que in reminiscendis rebus, ut fortasse aliqua ex parte memo

riam iuuuerunt, ita quā hac ipsa ratione singula uerba in

memoriam reducere conati sunt, quod nonnulli

Græci fecerunt, duplice cura ipsam onerā-

runt. Diligens ad rem cogitatio, cx-

ercitatioq; si quares alia, plu-

rimum certe hanc

iuuabit.

FINIS LIBRI SECUNDI.

# GERARDI<sup>165</sup>

BVKOLDIANI DE INVENTIONE  
ET AMPLIFICATIONE  
ORATORIA  
LIB. III.

Q VID GENVS SVASORIVM, ET  
qui hoc in genere uersantur. CAP. I.



OST Q VAM COMMVNES  
illos dialecticorū rhetorumq; locos  
explicuimus, que unde in genere de=  
monstratiuo inueniendi, & amplifi=  
candi, deinde copiose inuenta dispo=  
nendi, tum omnia hæc figuris illustrandi, augendiq; po=  
stremo memoriter pronunciādiratio esset, ostendimus:  
idem & in suasorio hoc genere scrudans est ordo: ut pa=  
tesiat, & hic in suadendo omnia, siue ad fidem breuiter,  
siue ad copiam, affectusq; mouendos adhibeātur, eisdem  
illis ex locis sumi oportere. Suasorium genus, quod B.  
dicitur illi, nos & deliberatiuum appellamus, esse dixi=  
mus, quo ea, que futura sunt, cupimusq; seu noluntus fie=br/>ri, suademus aut dissuademus. Versamur & hoc in gene=br/>re, dum petimus, hortamur, dehortamur, consolamur,  
admonemus, eaq; docemus, que perplexiora argumētis  
confirmanda sunt. Nam reliqua, que certa non tam fidē,

l.



quam expositionem desiderant, superioris generis sunt. Itaq; Ciceronis de Philosophia scripta, ubi res probatio nibus agitur, huius potius quam superioris generis, qui cum multum commune habere suorum hoc suprà diximus, uideri possunt. Quin & Ciceronis nonnullae orationes, & epistole propemodum omnes, huius sunt generis: ut quibus aut suadet, aut contrà dissuadet, petit, commendat, hortatur, aut dehortatur, consolatur, admonet, aut his similia facit, quæ huc spectant. Ouidianæ item epistole, deniq; omnium illorum scripta, qui in ijs, quæ diximus occupati sunt, hoc in genere uersantur.

DIVISIO ET EXPLICATIO Eorum quæ suaderi, seu contrà dissuaderi oporteat. CAP. II.

**P**orrò futurorum, atq; adeo expetendorum omnium, quæ suademus, alia honesta sunt, alia utilia, aliae necessaria, alia aut ex duobus modo superioribus honestis atq; utilibus, aut ex tribus his honestis, utilibus, atq; necessariis permixta. Honesta sunt, quæ, quia per se laudabilia pulchraq; uidentur, non emolumento aliquo, sed solo sui amore animos hominū alliciunt: ut uirtutes omnes: quarū genera sunt prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia: quæ singulæ, quod late pateant, plures suo complectuntur gremio. Siquidem prudentia memoriam, intelligentiam, & prouidentiam: iustitia religionem pietatem, creditis in rebus fidem, gratiam, vindicationem, obseruantiam

seruantiam, & ueritatem: fortitudo magnificentiam, fi-  
 dentiam, patientiam, & perseuerantiam: Temperantia  
 continentiam, clementiam, & modestiam continet. Ca-  
 uendum hic maxime, ne uicina uirtutibus uitia, nobis im-  
 ponant. Nam fortitudini audacia, perseuerantiae perti-  
 nacia, iustitiae acerbitas, religioni supersticio, deniq; alijs  
 alia uicina sunt uitia. Utilia quæ sint, satis liquet, nempe  
 ea omnia, que fructum nobis, utilitatemq; adferunt. Ne-  
 cessaria autem ipsa, pariim absoluta sunt, partim cū qua-  
 dam adiunctione. Absolutæ necessitudines sunt, quibus re-  
 sisti nulla ratione potest, quo minus fiant: ut quodcunq;  
 natū est, necesse est aliquando emoriatur: & quodcunq;  
 manu factum est, temporis tractu depereat. De his sane,  
 non multum attinet dicere: quod uel nolentes, repugnan-  
 tesq; trahant. Reliquæ quæ cum adiunctione sunt necessi-  
 tudines, aut honestatis, aut incolumitatis, aut rerum fru-  
 ctuosarum utiliumq; rationem habent. Honestatis, ut si  
 suadeas obsecris ciuibus, necessum esse urbem ut defendat  
 datamq; Principi fidem seruent, modò probi atq; honesti  
 haberí uelint. Incolumitatis, ut si suadeas Saguntinis,  
 quod Alorcus fecit, necessum esse, ut Annibale uictore ita-  
 uolente, relicta urbe, fortunisq; omnibus, cū singulis ue-  
 stimentis eò abeant, quò Annibal iuberet, modò incolu-  
 mes esse & uiuere uelint. Rerum fructuosarum, ut si sua-  
 deas Principi, necessum esse cum hoste ut congregiatur, ni  
 si exuri agros, abduci pecora, captiuos trahi colonos per

peti uelit. Non me præterit, non nullis placuisse, necessaria  
 rum in suasorias non incidere: propterea, quod de ijs  
 quæ simplices & absolutæ necessitudines essent, nihil o=  
 pus esset dicere, quod uel in uitios cogerent: & relique o=  
 mnes, quas adiunctionem, hoc est faciendi cauſam habe= =  
 re diximus, honestatis utilitatibusq; quæſtione contineren= =  
 tur. Verum mihi ad cōmūnem sensum & loquendi uisum,  
 uel magnorum hominum exemplo de ijs hic ita dicere li= =  
 buit. Per mixta autem ex duobus modò honestis atq; uti= =  
 libus, sunt libertas, gloria, amicitia, & his similia: quæ nō  
 modò honestate ipsa, sed et suo quodam utilitatis fructu,  
 nos alliciunt atq; ducunt. Quæ uero ex tribus illis, hone= =  
 stis, utilibus, atq; necessarijs permiscetur, eiusmodi sunt,  
 tueri patriam, religionem, literasq; conseruare. Nam ho= =  
 nestum est urbem, leges, libertatemq; à maioribus acc= =  
 ptam tueri: utile fortunas suas, publicaq; & priuata o= =  
 mnia, sine detrimento conseruare: necessarium, per igna= =  
 uiam non committere, ut hoste irrumpente, omnia in eius  
 uenient potestatem: ut ciuium tecta, deorumq; templi in= =  
 cendijs deleat: uirgines constupret: uiros alios trucidet,  
 alios captiuos trahat. Eadem de religione, & literis con= =  
 seruandis dici possunt. In his item omnibus spectandum,  
 quid fieri possit, & quam facile possit. Nam frustra hone= =  
 stum, utile, atq; necessarium esse dixeris, si per difficulta= =  
 tem fieri nequeat. Possibilitas autem atq; facilitas, à rērū,  
 de quibus dicitur natura, circumstantijsq; ducitur: nempe  
 auxilijs

auxilijs, facultatibus, loco, tempore, alijsq; id genus pro  
caussa subinde nouis atq; nouis.

Quæ igitur suademus sunt:

Honestum.

Vtile.

Necessarium.

Possible.

Facile.

Atq; hinc facile colligi potest, quæ sint dissuadenda: nem  
pe his contraria, turpia, inutilia, impossibilia, difficilia,  
quæ plurimum laboris & periculihabent.

QVAE SVADENTVR AVT DISSVA  
dentur ab adiunctis quidem non male, sed po=

tius à caussarum & euentorum loco

sumi posse. CAP. III.

Cum igitur haec sint quæ suademus & dissuademus,  
quidendum subinde, quibus ex locis eorum, quos su=  
p̄a explicimus cadant. Ostendimus suprà, unum adiun=  
ctorum locum ea omnia nobis suppeditare, quæ laudari,  
& contrà uituperari debeant: qui idem & hic, quæ sua=deri, dissuaderiue oporteat, subministrare poterit. Nam  
quemadmodum ibi honeste, utiliterq; facta laudamus, et  
quæ contrà turpiter, inutiliterq; facta sunt uituperamus,  
ita hic, ad honeste, utiliterq; faciendum, animos hominum  
suadendo impellimus: & contrà turpia, atque inutilia,  
dissuadenda ducimus. Ibi recte facta ab adiunctis, qui lo=

cus omnium temporum est, laudamus, hic adhuc facien=

da, quæ recte fructuoseq; fieri putamus suademus. Itaq;  
honestæ utiliaq; illi maxime, cui sequenda esse uolumus,  
sunt adiuncta. Necessaria quoq; ei maxime adsunt, uici-  
naq; sunt, quem urgent atq; impellunt. Iam et possibili-  
tas, facilitasq; an non hinc colligitur? nempe à parentū,  
amicorumq; opera, ab ipsius ætate, ualeudine, copijs, fa-  
cilitatibusq; à loco item, et tempore, et similibus circu-  
stantijs, quæ pro cauſa aliae atq; aliae semper existunt,  
eiq; cui suademus adiacet, adiunctæq; sunt maxime. Hęc  
ita esse negari quidem nulla ratione potest. Verum cum  
ita natura comparatum sit, ut nemo aliquid fieri uelit,  
aut suscipi nolit, sine cauſa, à cauſarum et euentorum  
potius loco, quē ab adiunctis nasci diximus, suaderē nos,  
atq; dissuadere uideri possumus. Nam honestas, utilitas,  
necessitas, ipsaq; feciendi possibilitas, atq; facilitas, cauſe  
sunt, quæ animos hominum ad faciendum stimulant,  
atque impellunt: ipsa autem laboris negotijq; susceptio,  
euentum est putandum. Et quanquam dignitas, atq; com-  
moditas, post ipsum demum factum capiantur, tamen  
cum hęc sperata hominum animos ad agendum incitent,  
cauſe efficientes, eaq; quæ fuit,uenta, effecta, atq; sunt  
putanda. Licet enim rerum, quæ fuit, finis sit honestas,  
utilitasq; quod commoda post facta primum sentiantur,  
suscipiendarunt tamen, cauſe antē extiterunt. Quare  
omnia hęc, honesta, utilia, necessaria, possibilia, facilitas,  
quæ suademus, et his contraria quæ dissuademus, recte  
quidem

Quidem ex adiunctorum loco , qui complectitur omnia,  
sed proprie magis à causis & carentis , quæ inde nascun-  
tur cadere dicimus . Adiuncta enim in causas conuertun-  
tur; cum ad faciendum aliquid , animos hominum impel-  
lunt . Sed harum rerum exempla subiiciamus . Quod si  
Principibus , & ciuitatum gubernatoribus suasurus ue-  
nias , in primis esse prospiciendum , literarum ut studia  
conseruentur : primum commode ab honesto probes .  
Vnum hoc esse literarum munus , à Dijs immortalibus ho-  
minibus datum , quo cæteris præstare brutis possint , co-  
gnitis literis , mentis concepta , nunc splendida longaq;  
oratione explicare , nunc stilo mandare , modò aliorū scri-  
pta de Repub . administranda , modò de religione conser-  
uanda legendo , cognoscendoq; , optime sibi in futuru con-  
sulere : rerumq; publicarū status feliciter retinere , qua-  
uel sola re , ut maxime cæteris animantibus antecellere ,  
ita Dijs immortalibus proxime accedere uideri possunt .  
Ab utili : literis animos hominum natura ferociores ad  
humanitatem effungi , atq; excoli : fieri q; , ut cum quisq; li-  
terarū beneficio suū officiū quod sit intelligat , suū digni-  
tate præcellentibus honorē tribuat , & Reipub . Principi-  
busq; quod debet , haud grauate pendat . A necessario : fu-  
turū breui , si literæ negligantur , ut homines omnino ob-  
brutescant , ipsaq; religio , & Reipub . status , atq; adeò di-  
uina humanaq; omnia que bis conseruantur labefactata  
cōcidant . A facilis : Posse iam eos facile his rebus consulere ,

272 GERARDI BVK. DE INVENT.

Sua si præmia, suosq; honores rectis studijs constituant:  
Et amicè monendo, iubendoq; dent operam, ut ij, in quos  
imperium habent, suos ad literarum studia liberos alant.  
Hic itaq; omnia hæc, dignitas, commoditas, necessitudo,  
facilitasq; caussæ Principibus sunt, cur in conseruanda li-  
terarum studia incumbant.

Q VAE AB ADIVNCTIS SEV CAVS  
sis inuenta, ad maiorem animorum motum cæ-  
teris ex locis amplificandi sit ratio: Et pri-  
mum honestum per locos ducitur.

CAP. IIII.

**Q**uae suaderi, aut contrâ dissuaderi oporteat, Et  
quibus ex locis cadant diximus: dicendum est sub  
inde, et quibus ex locis hæc ipsa amplifican-  
da sint, atq; extendenda: quod ex omnibus fieri potest.  
Nam cum in singulis his generibus tota ueretur rhetori-  
ca, omnium et locorum incidet usus. Animaduertendū  
autem, cum omnia hic ad faciendam fidem dirigantur,  
amplificationem esse, quæ motu animorum fidem faciat.  
Hanc Cicero de Partitione oratoria, nunc uehementem  
quandam argumentationem uocat, nunc grauiorē quan-  
dam affirmationem, quæ motu animorum conciliet in di-  
cendo fidem. Quod quidem non de superiori, sed de his  
rhetorices generibus, ubi ad fidem spectant omnia, dici  
recte potest. Amplificandi autem quæ hic ratio sit, exem-  
plis declaremus. Suadcamus Cæsari nostro, ut infestissi-  
mum,

num, & communem omnium Christianorū hostem Tur-  
 cam Asiaticum, Græcia, quam post hominum memoriam  
 occupatam tenet rursum depellat. Causæ autem pellendi  
 hostis & hic sunt, honestas, utilitas, necessitas, que quidē  
 oes nullæ essent, si præ difficultate res fieri minus posset.  
 Quare et possibilias ab ipsius potentia, & sociorū Prince-  
 cipum auxilijs petenda est: que ex ipsa exposita, causæ  
 Cæsari expellendi hostis erit. Hec autem singula ex alijs  
 atq; alijs locis explicanda, atq; exaggeranda erunt. Nam  
 si paucis modò, ut in superiori de conseruandis literis ex-  
 emplo, perstringantur, non ita magnam fidem, animo-  
 rumq; motum faciant: exaggerata ualent: ut major uis  
 hominum, quacunq; incumbat impressionem facit, atque  
 perrumpit, ita ex hæc amplificata, secum uel inuitu m trahunt.  
 Primum itaq; ex adiutoriorum, seu qui inde nascuntur  
 ex caussarū potius loco honestas, ratioq; pellendi hostis  
 explicanda est: decere eum, qui Cæsar Princepsq; Chri-  
 stianorum omnium creatus sit, in id omnium maxime in-  
 cumbere, ut is hostis repellatur, qui ex Asia ueniens, to-  
 tam Græciā inuaserit: Christianam religionē oppresse-  
 rit: leges proculcarit: omnem Græcie statum, ex Chri-  
 stianum conuictum sustulerit: atq; pro his, luxum Asiati-  
 cum, libidinum genera multa, foedaq; imperium uero in  
 omnium uitam atq; fortunas maxime intolerabile inuexe-  
 rit: nec modò eo contentus sit, quod totam Græciam op-  
 pressam occupet, devastarit, subiugaritq; Pannoniam:

& in Germaniam usq; uictor perrexerit. Huius furorē  
 quamprimum reprimi, audaciam frenari, quid magis Cæ-  
 sarem, cuius fidei commissa sunt omnia, decere potest?  
 quid Christiano Principi honestius? Imperatori ad glo-  
 riam, & sempiternam nominis memoriam consequen-  
 dam maius? Sed cum hæc nuda minus, amplificata autem  
 ad motum animorum plurimum ualeant, adiunctoru[m] lo-  
 cus introspiciendus est: qui personis & rebus de quibus  
 agitur adiunctus, rerum nobis copiam suppeditat: præte-  
 ritaque præsentia & futura, unde hic suadendum, intuen-  
 da esse nos admonet. Ex his autem non quæuis sine dele-  
 ctu, sed ea saltem sumenda sunt, quæ honestam pellendi  
 hostis caussam Cæsari prebent. Ex præterito igitur Cæ-  
 sari adiuncta sunt cū sua dicta, factaque, tum ea, unde hic  
 maxime suadeas, quæ ipsi & a suis pellendi Asiatici ho-  
 stis caussa ad gloriam, & ab hoste ad ignominiam acci-  
 derunt. Gloriosum autem, ampliusq; Cæsari, omnium cun-  
 Principem, & Romani imperij Imperatorem aduersus  
 infestissimum hostem esse creatum: ignominiosum uero,  
 breuitate tantum in Europa imperium Turcā esse  
 consequutum: eiusq; uires indies magis ac magis in Chri-  
 stianorum omnium perniciem inualescere. Itaque primunt  
 hic copiose exponas, quæ crudeliter, impieque, ex quo pri-  
 mum in Europā uenit, egerit: quo milite, & technis Græ-  
 ciālē opprēserit. Atque hic & ex descriptionis loco ipsa  
 depingi prouincia poterit: quot urbes, & quā poten-  
 tes, quoq;

tes, quoq; in loco positas habeat: qui hominū mores, religioq; ante hostis incursum fuerit. Quo aut̄ maior et insignior sit, magisq; integros mores, et purā religionē habuerit, hoc grauior Cæsari eam recuperādi, omniaq; suo loco restituendi causa uideri debet. In exponendo aut̄, ut quasq; urbes ceperit, temporis seruandus est ordo: omnibusq; circumstantijs locorū, temporum, rerumq; gestarū explicatis, copiose quæq; quo miscrabiliora uideantur, erunt enarranda: quod in ijs, quæ proximis his annis gesta sunt, dum totam Pannionam deuastat, & in Germaniā usq; uictor penetrat, faciendum erit maxime. Recentiora enim mala magis hominum animos commouere solent. Itaq; pluribus exponendum, qua tyrannide omnia egerit: quam late omnia deuastārit: castella euerterit: urbes incenderit: infantes, senesq; trucidārit: mediæ autē etatis homines, alios ad libidinem, alios in misera perpetuamq; seruitute captiuos abduxerit: deniq; diuina, humanaq; omnia proculcārit. Atq; hæc et ex coparatoriis loco plurimū extendi possunt, si natiōes, urbesq; deuastatas, aut occupatas, religionē itē, moresq; hominū qui fuerant, cū nostris cōferendo ostendas, aut paria, aut maiora meliora q; r. nostris fuisse omnia. Quin et magna impensa uectigalia, superbūq; in uictos imperiū insignius redas, cum illorū seruitute cōparando, quibus superbe, crudeliterq; imperatum esse constet: & hæc quidē suo quæq; loco sunt facienda. Postquam autem amplificando hunc

in modum miserabiliora omnia, indignioraque reddiderimus. Sui Cæsarem officij admonebimus, quem cum omnium Principem, Romanique imperij Imperatorem eo consilio et statu esse intelligamus, ut Christianam Rempub. atque coniunctum ab hoste crudelissimo defendat, diuinaque. Et humana omnia integra conseruet, ereptaque recuperet, in primis hinc admonendus erit, ut quae hominibus ipsum Imperatore creandi causa est potissima uisa, eadem rei & pellendi hostis honestissima uideatur. Iam si quid huius dixerit, promiseritque, non erit prætermittendum. Ex factis autem ipsius, nihil ferè præterea huc adferas, nisi ut adhorteris, rem incœptam non abiiciat, & semel sumpta in Turcam arma, non ante, quam pulsus fugatusque ille sit deponat. Huiusmodi sunt præteriti temporis adiuncta, unde suadeas. Præsentis uero temporis ea sunt omnia, quae Cæsari ab hoste, suisque subditis accidunt atque fuent. Quaecunque igitur animo hostis agites, moliaturque in Cæsaribus, Christianorumque omnium perniciem, aut arma in belli usum parando, aut milites, copiasque contrahendo, copiose omnia consilijsque, causisque explicatis, erunt exponenda: Quod si uero contractas copias esse constet, armorum, militumque genus ex descriptionis loco depingi, & per comparationem deinde extendi, augeriique potest. Hunc in modum & abijs, quae à subditis fuent, cōmouendus est animus. Itaque dicendum, quæ uniuersorū uota, quantaque expectatio sit, eoque atque Imperatore, recuperandum Pannioniam

Pannoniam & Græciam esse: finem miseriārum, calamitatumq; omnium propemodum futurum. Atq; hic eorum omnium, qui summo in periculo, aut seruitute uiuunt, opemq; Cæsarī unicam suam putantes implorant conditio, lucis usq; pluribus erit explicandus. Iam & fratribus Ferdinandi, summo in periculo constitutis honesta, & pia petitio, fidem fraternalm in crudelissimum hostem implorantis: quem suæ, suorumq; ceruicibus, cum maximis copijs imminentem prospiciat. Possunt autem hæc & exemplis ex comparatione maiorum, minorumq; adductis, dilectari maxime. Quòd si uicinis & amicis, suam in periculo opem expetentibus officium omnino deferendū putet, quanto magis fratri plurimum laboranti succurrendum esse ducet? Et si intelligat, Alexandrum illum magnum, & Romanos, non religionis suæ conseruande caussa, et aliqua in Deos pietate, sed sola dominandi cupidine, & augendi nominis gloria inductos in tot, tantasq; dimicationes periculo se conieciisse, & aliena interim appetitus, quanto honestius erecta modo sibi repetenda esse putabit, ad quod eum & religio, & in Deum fratremq; pietas inuitat maxime? Futuri autem temporis adiuncta sunt, quæ turpia, ignominiosaq; Cæsari, si hostem negligat, magna uero, amplaque ad nominis gloriam si sumptis armis reprimat, euentura esse uideantur. Siquidem in foribus hæc esse uidentur, ut oppressis uicinis gentibus, religionem, omnemq; Christianæ Reipub. statum penitus

hostis euertat: luxum autem, & libidinem Asiaricam in  
 hæc loca inuehat. Atq; hic copiose describi, quererum di-  
 uinarum, humanarumq; confusio futura esset, quæ scrui-  
 tutis libindinumq; species. Quin & ex contrariorū loco  
 rci indignitatem exaggeres, affectū usq; moucas, sibis in  
 locis homines nūc piissime uiuere, mox impiissime uicti-  
 ros esse dicas: nunc summa in libertate, propediem ma-  
 xima in seruitute: nūc honestissime, mox turpisissime: nūc  
 optimis legibus, moribusq; bene constitutam Rēspub-  
 babere, brcui omnibus ijs spoliatam, scelere, rapinis, or-  
 mniq; uitiorum genere inquinatisimam habituros. Quæ  
 omnia, ut misera, maximeq; indigna futura essent, ita in-  
 primis excitare Cæsarī animum debent, honestissimeq;  
 cauſſe uideri, cur is, unde hæc imminēant, quamprimum  
 pellendus sit atq; fugandus. Iam uero contrā si hostem re-  
 primat, quantam nominis gloriam, omniumq; gentium  
 fauorem, & gratulationem, maxime eorum, qui in seruit-  
 tute, aut metu seruitutis uixerunt, consequiturus sit, erit  
 exponendum. Quin & commoda ex fugato hoste ad Cæ-  
 sarem redirent: ut cui eæ gentes omnes, que iam Turca-  
 uectigales essent futuræ. Verum nondum de utilitate no-  
 bis oratio est. Quod si igitur uoles, & hæc ex compara-  
 tionis loco extendas plurimum, si hanc ipsius de Turca-  
 futuram uictoriā, cum maximorum quorung; Roma-  
 norum Imperatorum rebus gestis conferas, atq; ostendas,  
 magnitudine rerum, hominumq; gratulatione, aut  
 parem

Parem, aut multo etiam maiorem fore. Quemadmodum honestum ab adiunctis præteriti, præsentis, futuriq; tem poris tractandum, ceterisq; ex locis ad motum animorum extendendum sit, paucis perstrinximus. Atque hic quidem & ex minoribus illis locis, copiam petere licuisset: ab etymologia nominis: & à coniugatis: ut cum et Augustus dicatur, uirtute efficiendum ei esse, ut augendo imperium, minus inuidiosum hoc nomen uideri possit. À coniugatis: cum nullis non in rebus suam in Deum pietatem semper declarârit, non esse ei committendum, ut fredo Turcam nostram proculcare religionem, minus prius existimari possit. Verum cum hi loci, & maioribus illicis adiunctorū caussarumq; locis, ut suprà annotauimus, comprehendantur, hinc iuxta argumenta, copiamq; pertinirationem saepius ostendere, nihil attinet.

### VITILIA UT EX LOCIS EX=tendantur. CAP. V.

**D**iximus de honestate, dicendum subinde est de utilitate: quæ quibus ex locis cadat, diximus, nempe ab adiunctis seu caussis. In has enim adiuncta, & ex reliquis ducta locis dum suademus, aut dissuademus, conuersti solent: quod iterare saepius non grauor, quo locorum natura magis patet. Dicendū igitur, Cæsari maxime fructuosum fore, si recuperata Græcia, atq; Pannonia, omnes eas nationes urbesq; uectigales ipse habeat, quæ in præsentia Turcarū regi pendunt. Atq; hic ex descriptio-

nis loco regiones, urbes, portus, uectigalia itē quot, quam  
taq; sint, additis causis describi possunt. Eadem hęc o-  
mnia & ex comparationis loco latius spargas, si cū Ita-  
liae, Hispaniae, & maximis aliarum nationum uectigali-  
bus cōferas, atq; probes, aut paria, aut maiora duci opor-  
tere. Quin & ex testimoniorum loco, quę comparando  
extuleris, comprobos: si aut uniuersi, aut ij, qui his de re-  
bus iudicare possunt, idem sentiant. Docendum item, ha-  
rum nationum adiectione eō uires eius incrementum ca-  
pere, ut non modo in Europa, sed ne in Asia quidem, atq;  
Africa, quenquam metuat: quod ipsum eadem ratione et  
per locos duci potest.

NECESSARIVM VT PER LOCOS  
ducendum. CAP. VI.

**N**Ecessitudo item ex adiunctorum loco cadit. Quid  
enim homini magis adiunctum, ac id, quod ipsum  
cogit? Sed ut superiora, & hęc in suadendo in caussarū  
ueritatur locum: estq; faciendi caussa ipsa necessitas. Ne-  
cessum igitur Cæsarem in id totis uiribus incumbere, ut  
Asiaticum hostem Europa quamprimum expellat: qui,  
ex quo Græciam inuasit, oppressis, subiugatisq; uicmis  
gentibus, sui imperij fines semper proferat: hocq; dies  
noctesq; cogitet, hoc agat, ut armis, uel inuitis omnibus  
totius Europae imperium consequatur: & unus rerum  
omnium Dominus, Princepsq; existat. Atq; hic copiose  
explicandum, quantum regnum totam Pannoniā pro-  
ximis

xinis annis deuastarit, subiugariq;: & in Germaniam usq; armatus descenderit: quam, si qua via suo adiucere regno posset, serius in eum arma sumi. Describenda autē res erit ex descriptionis loco, Romani imperij occasus, omnium Christianorum seruitus, religionis legumq; incertitus. Deniq; ea omnia mala, quae nisi maturæ his rebus prospiciatur euentura videantur, pluribus erunt enarranda: exemplisq;, quæ plurimum in hoc genere ualent, & ex similitudini comparationisq; loco sumuntur, corroboranda. Iulium Cesarem, cum Galliam prouinciam Senatus permisso plures annos obtinuisse, tantos inde spiritus uiresq; sumpsiſſe, ut cū postea quæ uellet per Se natum obtinere non posset, sumptis armis Principem orbis terrarum Senatum oppreſſerit: eamq; democratiā, quæ omniū longe maxima fuit, in suam monarchiam conuerterit. Cuius crescentem potentiam si obſeruassent, & in tempore fregissent, dignitatē suā Senatus, summumq; imperium retinuisse: nec uniuersi ciues, ab uno fracti, domitiq; fuissent. Nihil initio Regibus olim, magnisq; ciuitatibus minus periculōsum esse potuit pyratis illis, maniis prædonibus, qui tamen dum negligebantur, ferebanturq;, eò numero uiribusq; creuerunt, ut non Regibus modo, urbibusq;, sed terrarū dominis ipsis Romanis terroriceſſent: cogerentq; eos, Duce Cn. Pompeio, quem bellicæ rei expertissimum habuerunt, in dubium belli euenum, maximumq; rerum discriminem secum descendere.

Quare & necessum esse, crescentem Turcæ potentiam  
mature frangere, ne nostra negligentia aliquando præ-  
ualefcat.

POSSIBILITAS UT EX LOCIS  
sit amplificanda. CAP. VII.

Possibilitas etiam ex adiunctorum loco ducitur: quæ  
& ipsa hic ut cæteræ, in cauſas conuertitur. Sumi-  
tur enim à Cæſaris potentia: à gentium ipsius multitudi-  
ne, & virtute: à peditum, equitum, armorumq; genere:  
à loco item, & tempore, alijsq; id genus circumstantijs.  
Itaq; ex descriptionis loco, quanta natio Germania, quæ  
uicina est, quam bellicosa, quanta & quam potens Italia,  
atq; Hispania, cæteræq; omnes sint, multis erit explican-  
dum. Nulla enim Europæ gens est, nulla natio, quam non  
pietas, periculumq; in communem hunc hostem armare  
debeat. Iam & ex comparationis loco possilitas, atq;  
adeò facilitas, magis eluceat. Turcam Græciam modò ar-  
mare, nostrum uniuersam Europam: illum auro Aſiati-  
co, nostrum lacertis ualere. Conferendus & noster, cum  
hostili exercitu, robur corporum: genus armorum: belli  
scientia: & militis in pugnando fides. Et cum Germano  
ſerè milite agēda res sit, quæ gens hac exercitatiōr: quæ  
corporum robore ualidior: quæ armorū genere instru-  
ctior: quæ deniq; ipsa in pugnando fide sanctior, incor-  
ruptionijs adduci ab hoste potest: ut quæ non fugere, sed  
aut vincere, aut in uestigio moriens, fidem suo Principi  
exoluere

exoluere soleat. Statarium militem cum instabili, grauem  
armaturam cum leui, ordinatam atq; instructam aciem,  
cum confusa multitudine esse concursuram. Quin & ex  
eodem loco exemplis possilitatem aperias. Panno=  
nie modò Regem suis ipsius viribus nixum, omnem Tur=  
carum impetum s̄epe sustinuisse: & tandem, nō tam ho=  
rum violentia, quam suorum fraude circumuentum ceci=  
disse: tantum abesse, ut consentientis Germanie uires,  
Italiæ, reliquarumq; nationū lacertos feliciter experiri,  
& ferre possint. Proximo anno, cum ad Viennam Cæsa=  
ri nostro pugnam hostis denunciasset, & eò quantis po=  
tuit copijs uenisset, certior per exploratores de nostris  
copijs factus, fugam inde maturauit: quod, nisi suis re=  
bus desperasset, fecisset minime: ubi cognitū, nullam rem  
militem nostrum magis execratum, quam oblatam præ=  
dam fuga hostis sibi creptam fuisse. A loco etiam possibi=  
litas ostendatur. Cæsarianis enim hostem propemodum  
circuncinctum teneri: hinc Siculis, atq; Italos: hinc Ger=  
manos: illos classe, hos terra aggredi posse.

## EXEMPLVM COPIOSE EX LOCIS

suadendi apud Ciceronem pro lege Manilia.

## CAP. VIII.

**Q**ue ex locis copiose suadendi ratio sit breuiter  
aperimus: idem exemplis apud Ciceronem o=  
stendere operæ preicum erit. Suasurus Cice=  
ro Populo Romano bellum in Mithridatē suscipiendū,

Et Cn. Pompeium huic bello imperatorem præficiendū  
 esse, diuisione usus est: primum se dicturū de genere bel-  
 li, deinde de magnitudine, postremo de Imperatore ad id  
 bellum diligendo. Postquam ita diuisit, redit ad primū,  
 & proponit, genus belli eiusmodi esse, quod maxime ani-  
 mos eorum excitare atq; inflammare debeat: hoc est,  
 quod maxime suscipiendum sit. Confirmat id quatuor ar-  
 gumentis, ductis ab adiunctis, atq; adeò à causis, in quas  
 illa insuadendo conuerti iam sepe diximus. Agitur enim  
 inquit, salus sociorum, atq; amicorū: pro qua multa ma-  
 iores uestrī magna, & grauiā bella gesserunt. Aguntur  
 certissima Populi Romani uectigalia, & maxima: qui-  
 bus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requi-  
 retis. Aguntur bona multorum ciuium: quibus est à uo-  
 bis, & Imperatoribus Reipub. consulendum. Et quoniam  
 semper appetentes glorie præter cæteras gentes, atque  
 audi laudis fuitis, delenda est uobis illa macula Mithri-  
 datico bello superiore suscepta, quæ penitus iam insedit,  
 atq; inueterauit in Populi Romani nomine, quod is, qui  
 una die tota Asia, tot in ciuitatibus uno nuncio, atq; una  
 literarum significatione ciues Romanos necandos truci-  
 dandosq; denotauit, non modò adhuc poenam nullam suo  
 dignam scelere suscepit, sed ab illo tempore annum iam  
 tertium & uigesimū regnat, & ita regnat, ut se non Port  
 to, & Cappadociæ latebris occultare uelit, sed emergat  
 re è patriæ regno, atq; in uestris uectigalibus, hoc est, in  
 Asia

Aliae luce uersari. Sunt porro quatuor hæc Romanis, qui  
bus suadebat adiuncta maxima: socij periclitantes, uecti  
Galii, bona ciuiū, et accepta à Mithridate ignominia. Ve-  
rum cum hinc suadeat, eadem hæc cauſſe sunt, cur ani-  
mi ipsorum ad bellum excitari, atq; inflammari neceſſa-  
rio debeat. Atqui Cicero non contentus nude hæc mo-  
dò proposuisse. Neq; enim fidem, motumq; animis ita ma-  
giū attulisset. Quare repetit omnia, et singula fusiū  
explicat: quod antequam faciat, postremum argumentū,  
acceptam à Mithridate ignominiam esse delendam, ex ad-  
iunctorum, cauſſarum, comparationisq; loco, copiosissi-  
me primum his uerbis explicat. Etenim adhuc ita uestri  
cum illo rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insi-  
gnia uictorie, non uictoriā reportarent. Triumphauit  
L. Sylla, triumphauit L. Muræna de Mithridate, duo for-  
tissimi uiri, et summi Imperatores: sed triumpharunt,  
ut ille pulsus superatusq; regnaret. Veruntamen illis im-  
peratoribus laus est tribuenda, quod egerunt, uenia dan-  
da, quod reliquerūt: propterea, quod ab eo bello Syllam  
in Italiam Respub. Murænam Sylla reuocauit. Mithrida-  
tes autem omne reliquum tempus, non ad obliuionem ue-  
teris belli, sed ad comparationē noui contulit. Qui postea  
quam maximas ædificasset, ornassetq; clasſes, exercitusq;  
permagnos, quibuscunq; ex gentibus potuſſet, compa-  
rasset, Bospheranis finitimiſ suis bellum inferre simulaſ-  
set, usq; in Hispaniam legatos Elecitanis misit, ad eos du-

ces, quibuscum tum bellum gerebamus: ut cum duobus in  
 locis disiunctissimis, maximeq; diuersis, uno consilio, ab  
 unis hostium copijs bellum terra, mariq; gereretur: uos  
 ancipiti contentione distracti, de imperio dimicaretis.  
 Sed tamen alterius partis periculum Sertoriane, atq; Hi  
 spaniensis, que multo plus firmamenti ac roboris habet  
 bat, Cn. Pompei diuino consilio, ac singulari uirtute de-  
 pulsum est. In altera parte, ita res à L. Lucullo summo ui-  
 ro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna,  
 atq; præclara, non felicitati eius, sed uirtuti, hæc autem ex-  
 trema, que nuper acciderunt, non culpe, sed fortune tri-  
 buenda esse uideantur. Sed de Lucullo dicam alio loco,  
 & ita dicam Quirites, ut neq; uera laus ei detracta, ora-  
 tione nostra, neq; falsa afficta esse uideatur. Sed pro uer-  
 stri imperij dignitate, atq; gloria, quoniam is est exorsus  
 orationis mæ, uidete quem uobis animum suscipiendum  
 putetis. Hactenus Cicero ab adiunctorum & caussarū  
 loco argumentum dilatauit, explicando, adiectis perso-  
 nis, tempore, loco, caussis, atq; consilijs, que, ex quo tem-  
 pore tanta ignominia populum Romanum Mithridates  
 affecrit, sunt gesta. Figuris item, præsertim occupationi-  
 bus, de quibus supra in exornatione diximus, illustrauit,  
 atq; extendit. Nunc subinde eandem hanc rem, & exco-  
 parationis loco exaggerat. Maiores uestri sepe mercato-  
 ribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis, bella ge-  
 runt: uos tot ciuiū Romanorū milibus uno nuncio, atq;  
 uno temp

uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati " "  
 erant appellati superbius, Corinthum patres uestris to " "  
 tuis Græciae lumen extinctū esse uoluerunt: uos cum re= " "  
 gem inultū esse patiemini, qui legatū populi Romani con " "  
 sularem uinculis, ac uerberibus, atq; omni supplicio ex= " "  
 cruciatū ne cauit? Illi libertatē ciuium Romanorū immi= " "  
 nutam non tulerunt: uos uitā eruptam negligetis? Ius le " "  
 gationis, uerbo uiolatū illi persecuti sunt: uos legatū po " "  
 puli Romani omni supplicio interfectū, inultum relinque " "  
 sis? Videte, ne ut illis pulcherrimū fuit tantam uobis im= " "  
 perij gloriam relinquere, sic uobis turpisimum sit, illud " "  
 Quod accepistis tueri & conseruare non posse. Hactenus  
 postremum illud argumentum ex locis dilatauit, nunc su  
 periora illa tria ordine prosequenda repetit: & primū  
 Quidem, agi uidelicet sociorum salutem, ex adiunctorum,  
 cassiarum, & comparationis loco confirmat, atq; expli  
 cat his uerbis. Quid? quod salus sociorum sumnum in " "  
 periculū, ac discriminem uocatur? Regno expulsus est Ari= " "  
 obarzanes rex, socius populi Romani, atq; amicus: im= " "  
 minent duo reges toti Asiae, non solū uobis inimiciissimi, " "  
 sed etiam uestris socijs atq; amicis. Cuiitates aut omnes,  
 cum ea Asia, atq; Græcia, uestrū auxiliū expectare pro= " "  
 pter periculi magnitudinem coguntur. Imperatorem à " "  
 uobis certum depositare, cum præsertim uos alium mise= " "  
 ritis, neq; audent, neq; se id facere summo sine periculo " "  
 posse arbitriatur: uidet, et sentiūt, hoc idem, quod et uos " "

» unum virum esse, in quo summa sint omnia: & cum pro  
 » pe esse, quo etiam carent ægrius: cuius aduentu ipso, atq;  
 » nomine, tametsi ille ad maritimum bellum uenerit, tamē  
 » impetus hostium repressos esse intelligunt: ac retardat  
 » tos. Hi uos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant,  
 » ut se quoq; sicut cæterarum prouinciarum socios dignos  
 » existimetis, quorum salutem tali uiro commendetis. Atq;  
 » hoc etiam magis, quam cæteros, quod eiusmodi in prouin-  
 » ciis homines cum imperio misimus, ut etiam si ab hoste  
 » defendant, tamen ipsorum aduentus in urbes sociorum,  
 » non multum ab hostili expugnatione differant. Hunc au-  
 » diebant antea, nunc præsentem uident, tanta temperan-  
 » tia, tanta mansuetudine, ut ijs beatissimi esse uideantur, &  
 » pud quos ille diutissime commoratur. Sociorum pericu-  
 » lum Cicero ex adiunctorum loco expressit: ab ijs uideli-  
 » cet, que gesta sunt, atq; gerantur: causis etiam admixtis,  
 » quod cum Cn. Pompeium pre cæteris ducem expertant,  
 » aperte petere socij non audeant. Quin & spectata Cn.  
 » Pompei temperantia, mansuetudo, atq; humanitas, ex co-  
 » parationis loco, cum cæterorum Imperatorum in socias  
 » urbes aduentu parum ab hostili expugnatione differente,  
 » confertur atq; commendatur. Eodem ex loco, & argua-  
 » menti huius clausulam, ut que à minori sumpta est addu-  
 » cit. Quare si propter socios, nulla ipsi iniuria lacefisti  
 » maiores uestricum Antiocho, cum Philippo, cū Aetolis,  
 » cum Poenis bella gesserunt, quanto uos studio conuenit  
 » iniurijs

iniurijs provocatos sociorum salutem unā cūn imperij „  
 uestrī dignitate defendere? Secundum autem argumen- „  
 tum, ex comparationis statim loco extendit hoc pacto.  
 Præsertim cum de uestris maximis uectigalibus agatur. „  
 Nam cæterarum prouinciarum uectigalia Quirites, tan- „  
 ta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutandas uix contenti „  
 esse possumus. Asia uero tam opima est, & fertilis, ut & „  
 ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitu- „  
 dine pastionis, & multitudine earum rerum quæ expor- „  
 tantur, facile omnibus terris antecellat. Hinc Cicero in= „  
 fert clausulam, atq; adeò nouam propositionem: non so- „  
 lum Asiam à calamitate, sed etiā à metu calamitatis esse „  
 defendendam. Confirmat autem hanc subinde à cauſſarū „  
 loco: cur uel à metu calamitatis defendi debeat. Itaque „  
 hec uobis prouincia Quirites, si & belli utilitatem, & „  
 pacis dignitatem sustinere uultis, nō modò à calamitate, „  
 sed etiā à metu calamitatis est defendenda. Nam cete- „  
 ris in rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum acci- „  
 pitur: at in uectigalibus, non solum aduentus mali, sed „  
 etiā metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium „  
 copiae non longe absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, „  
 tamen pecora relinquuntur: agricultura deseritur: mer- „  
 catorum nauigatio conquiescit. Ita neq; ex portu, neque „  
 ex decumis, neq; ex scriptura uectigal cōseruari potest. „  
 Quare saepe totius anni fructus, uno rumore periculi: „  
 atq; uno belli terrore amittitur. Hactenus & breui ad= „

mixta collatione, copiose rem à cauissis confirmauit, atq;  
 extendit: nunc subinde ex adiunctorum loco exaggerat,  
 dum ex imminentib; hostis incursu, & eorum qui uectigal-  
 lia pendunt, & publicanorum qui exercent, metum de-  
 scribit. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui  
 uectigalia uobis penitant, aut eos qui exercent, aut exi-  
 gunt, cum duo reges cum maximis copijs propè ad sint:  
 cum una excursio equitatus, per breui tempore totius an-  
 ni uectigal auferre posit? Cum publicani familias maxi-  
 mas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portu-  
 bus atq; custodijs, magno periculo se habere arbitren-  
 tur. Putatis ne uos illis rebus frui posse, nisi eos, qui uo-  
 bis fructuosi sunt, conseruaueritis, non solum ut antea di-  
 xi calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos?  
 Tertium & postremum argumentum ex adiunctorum,  
 atq; adeò cauissarum loco, in quas illa cōuertuntur, expli-  
 cat. At ne illud quidem uobis negligendum est, quod mihi  
 ego postremum proposueram, cum essem de belli generc  
 dicturus, quod ad multorum bona ciuium Romanorum  
 pertinet, quorum uobis pro uestra sapientia Quirites,  
 habenda est ratio diligenter. Nam & publicani homines  
 & honestissimi, & ornatiissimi, suas rationes & copias  
 in illam prouinciam contulerunt. Quorum ipsorum per-  
 seres, & fortunæ, uobis curæ esse debent. Etenim si uecti-  
 galia neruos esse Reipub. semper duximus, eum certe or-  
 dinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinū  
 recte

recte esse dicemus. Deinde ceteris ex ordinibus homines  
 nau & industrij, partim in Asia negotiantur, quibus uos  
 absentibus consulere debetis: partim eorum in ea pro-  
 vintie pecunias magnas collatas habent. Erit igitur hu-  
 manitatis uestræ, magnum eorum ciuium numerum cala-  
 mitate prohibere: sapientie uidere, multorum ciuium ca-  
 lamitatem, à Reipub. seunctam esse non posse. Etenim il-  
 lud primum parui refert, uos publicanus amissis uectiga-  
 lia postea uictoria recuperare. Neq; ijsdem redimendi fa-  
 cultas erit, propter calamitatem: neq; alijs uoluntas, pro  
 pter timore. Deinde quod nos eadem Asia, atq; idem iste  
 Mithridates initio belli Asiatici docuit, id quod certe ca-  
 lamitate docti, memoria retinere debemus. Nam tum,  
 cum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Ro-  
 me solutione impedita, fidem concidisse. Non enim pos-  
 sunt una in ciuitate multi rem, atq; fortunas amittere, ut  
 non plures secū in eandem calamitatē trahant. A quo pe-  
 riculo prohibete Rempub. et mibi credite, id quod ipsi ui-  
 detis, hæc fides, atq; hæc ratio pecuniariarū, quæ Romæ,  
 quæ in foro uersatur, implicita est cum illis pecunijs Asia  
 ticus, & cohæret: ruere illa non possunt, ut hæc non eo-  
 dem labefactata motu concidant. Hactenus Cicero ab ad.  
 iunctis, qui locus est omnium temporum, rem fusius expli-  
 cauit. Nam primum publicanorum rationem habendam  
 esse, ducta ab adiunctis definitione, cōfirmauit, videlicet,  
 cū uectigalia nerui Reipub. sint, publicanorū ordinem,

qui illam exercet, firmamentū cæterorum ordinum esse  
putandum. Aliorum præterea multorum in Asia nego-  
tiantium, & collatas pecunias habentium ciuium com-  
moda non negligere, esse humanitas eorum, atq; officij.  
Deinde ab ijs confirmauit, quæ euentura publica incom-  
moda essent. Defuturos enim postea, qui uectigalia redi-  
merent. Postremo ab expertis ante Romæ incommodis  
impeditæ solutionis. Omnia quidē hæc ab adiunctis sunt  
petita: quæ in suadendo hic in causas uertitur, cur mul-  
torum ciuium commodis, seruiendum esse putent. His sub-  
iicit Cicero breuem omnium horum argumentorum epi-  
logum. Quare uidete, num dubitandum uobis sit, omni-  
studio ad id bellū incūbere, in quo gloria nominis uestri,  
salus sociorū, uectigalia maxima, fortunæ plurimorū ci-  
uiū cū Repub. defenduntur. Belli autē magnitudinē Cice-  
ro, ex adiunctorum loco probat: nempe narratione rerū  
à L. Lucullo gestarum, & à Mithridate renouatarū ubi  
& ex similitudinis loco exempla admiscuit. Quin & ex  
eodem hoc adiunctorum loco, Cn. Pompei laudem sumit:  
dum prædicat ipsum, à scientia rei militaris, uirtute, au-  
toritate, & felicitate. Quæ singula dum explicat, ex alijs  
atq; alijs subinde locis dilatat, atq; amplificat.

EXEMPLVM VT IN PETENDO EX  
locis sit amplificandum: totaq; apud Ouidium  
Penelopes epistola, quibus ex locis sit  
sumpta. CAP. IX.

Eadem

**E**adem quæ suadendi, ijsdem ex locis & hortandi, petendiq; ratio est: idq; & apud poëtas exempla ostendamus. Penelopes ad coniugem Ulyssem epistola, suorum generis est. Petit enim, ut capta Troia, omnibusq; Græcorum Principibus reuersis, & ipse tandem ad seredat. Quibus autem ex locis argumenta ducat, effectusq; moueat, indicabimus. Exordio, quo benevolos, dociles, attentosq; reddimus, nō hic ferè est usq;. Negat enim opus huic erat, cum sibi conciliare, à quo ipsa potius, quod coniunx in uigesimum usq; annū abesset reconcilianda fuit. Primo tamen uersu beneolum, docilemq; reddit: dum dicit, epistolam illi à sua Penelope transmis-  
ti his uerbis:

Hanc tua Penelope lento tibimittit Ulysse.

Subiicit autem propositionem, quid sit quod ab eo petat, uidelicet:

Nil mihi rescribas, attamen ipse ueni.

Confirmat hanc argumento ex adiutorum loco sumpto, quod Troia, ad quam expugnandam profectus esset, iansit eversa:

Troia iacet certe, Danais inuisa puellis:

Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit.

Inuisam autē Troiam esse Graijs puellis, Priamumq;, et totā Troiam uix tanti putandā, amplificatio est à circunstantijs: quas idem locus suppeditat. Quæ sequuntur à cauſarum & euentorum loco petita sunt. Male enim

imprecatur Paridi, unde ea, quae enumerat incommoda acceperit.

O uitam tunc cum Lacedaemonia classe petebat,

Obrutus insanis esset adulter aquis.

Non ego deserio iacuisse frigida lecto:

Nec quererer tardos ire relicta dies.

Nec mihi querenti spatio sam fallere noctem,

Lassaret uidebas, pendula tela manus.

Quando ego non timui grauiora pericula ueris?

Res est solliciti plena timoris amor.

In te fingebam violentos Troas ituros:

Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,

Antilochus nostri causa timoris erat:

Sive Menetai den falsis cecidisse sub armis,

Flebam successu posse carere dolos.

Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam:

Tlepolemi leto cura nouata mea est.

Deniq; quisquis erat, castris iugulatus Achiuis:

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Hactenus à caussarum & euentorum loco amplificauit:

ubi, dum quanta in cura & metu de coniuge uixerit signifcat, mire sui commiserationem mouet. Nunc subinderedit ad adiunctorum locum, confirmandamq; propositionem Troiam enim esse euersam: Argolicosq; duces domum reuersos suis res à se gestas commemorare:

ubi ex=

ubi explicatis circumstantijs, omnia ueluti depicta ob oculos ponit: quod schema hoc sumptum ex loco, illi Hypotyposim, nostri descriptionem uocant.

Sed bene consuluit casto deus æquus amoris:

Versa est in cineres, sospite Troia uiro.

Argolici redicere duces, altaria fumant:

Ponitur ad patrios barbara præda deos.

Grata ferunt nymphæ pro saluis dona maritis:

Illi uicta suis Troica fata canunt.

Mirantur iustiq; senes, trepidæq; puellæ:

Narrantis coniunx pendet ab ore uiri-

Iamq; aliquis positam monstrat fera prælia mensa:

Pingit & exiguo Pergama tota mero.

Hac ibat Simois, hic est Sigela tellus:

Hic steterat Priami regia celsa senis.

Illic Aeacides, illic tendebat Ulysses:

Hic lacer admissos terruit Hector equos:

Quæ sequuntur ex eodem hoc adiunctoru sumpta sunt

loco: & figurata occupatioe. Sufpicari enim potuit, unde

e acerto accepisset. Quare à certis hominibus ipsis Græ

corum reuersis Principibus, ea cognita habere scribit.

Atq; hic, dum audaciam eius in adeundo periculo impro-

bat suumq; inde metum ostendit, mire affectus mouet.

Omnia namq; tuo senior te querere misso,

Rettulerat nato Nestor: at ille mihi.

Rettulit & ferro Resum, Dolonaq; ca sum:

Utq; sit hic somno proditus, ille mero.  
 Ausus es o nimium, nimiumq; oblite tuorum  
 Thracia nocturno tangere castra dolo?  
 Totq; simul maectare uiros adiutus ab uno?  
 At bene cautus eras, & memor ante mei.  
 Vsq; metu nivuer c sinus, dum uictor amicum  
     Dicit us es I smarijs iſſe per agmen equis.  
 Ab adiunctis hactenus, quæ sequuntur ex comparationis  
 loco sunt petita: & interrogationibus figurata. Suan  
 enim fortunam, cum cæterarum Græcarum foeminarum  
 felicitate, quibus sui redijſſent mariti conferendo, indigni  
 orem, miserabiliorēm q; reddit. Cum porrò tota sit hic in  
 mouendis affectibus, ut ille, quod petit, ad se tandem rede  
 at: moueriq; hi, nisi copiosa, multumq; amplificata ora  
 tione non possint, non contenta est Troiam eversam esse  
 dicere, sed circumstantias explicat, eum ipsum locum ar  
 rīam, segetemq; ferre, ubi Troia fuit: edesq; deiecta  
 herba occultari: unde temporis diuturnitas innuitur.  
 Sed mihi quid prodest uestrīs disiecta lacris  
     Ilios? & murus quod fuit ante, solum?  
 Si maneo qualis Troia durante manebam:  
     Virq; mihi dempto fine carendus erit.  
 Diruta sunt alijs, uni mihi Pergama restant,  
     Incola captiuo que boue uictor arat.  
 Iam seges est ubi Troia fuit, reſecandaq; falce  
     Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.  
Semisepulta

ET AMPLIFIC. ORAT. LIB. III. 197

Semisepulta uirum curuis feriuntur aratris

Ossa, ruinosas occulit herba domos.

Victor abes, nec scire mihi que causa morandi,

Aut in quo lateas ferreus orbe licet.

Quae sequuntur ab adiunctis trahuntur. Ex suis enim, filiis factis, et suam in maritum, et filij in parentem pietatem declarat.

Quisquis ad haec uertit peregrinam littora puppim,

Ille mihi de te multa rogatus abit.

Quamq; tibi reddat, si te modo uiderit usquam,

Traditur huic digitis charta notata meis.

Nos Pylon antiqui Nileia Nestoris arua

Misimus: incerta fama remissa Pylo est.

Misimus et Sparten: Sparte quoq; nescia ueri,

Quas habitas terras: aut ubi lentus abes.

Eth. ecque sequuntur, ex adiunctorum loco cadunt. Misere autem affectus mouet: a sua fortuna, dum eam urbem adhuc stare uelle dicit, quam ante mature ruere a diis esset precata. Caussas autem subiicit plures, cur id optare potius posset.

Vtilius starent etiam nunc moenia Phoebi:

Irascor uotis heu leuis ipsameis.

Scirem ubi pugnares: et tantum bella timerem:

Et mea cum multis iuncta querela foret.

Quid timeam ignoro: timeo tamen omnia demens:

Et patet in curas area lata meas.

**Q**uæcunq; æquor habet, quæcunq; pericula tellus,

Tam longæ caussas suspicor esse moræ.

**Q**uæ sequuntur à caussarum & cœniorum loco sunt.  
Siquidem eius cognita libido, caussa fuit, cur suspicetur  
peregrino eum amore captum esse posse: & narrare:  
quām rusticam coniugem habeat, quæ tota in tractando  
lanas sit occupata.

**H**æc mihi dum stulte meditor, quæ uestræ libido est,

Esse peregrino captus amore potes.

**F**orsitan & narras quām sit tibi rustica coniunx:

**Q**ue tantum lanas non sinit esse rudes.

**F**allar: & hoc crimen tenues uane scat in auræ:

Néue reuertendiliber, abesse uelis.

**Q**uæ sequuntur argumenta ad maturandum redditū gra-  
uiora adferuntur. Reuocat enim coniugem ab Icarij sui  
parentis imperio, uolentis se alteri nubere: à procorum  
in sc multitudine, & uiolentia. Vtrobiqu; autē amplificat:  
ibi in fide tamen coniugali semper se mansurā, patremq;  
pudicis suis precibus frangi addendo: hic procos in se, su-  
asq; fortunas & seruos, uiolentiores, uel nominatim enu-  
merando. Omnia quidem hæc ex adiuncrorum trahiu-  
tur loco.

**M**e pater Icarius uiduo discedere lecto

Cogit: & immensas increpat usq; moras.

**I**ncrepet usq; licet, tua sim, tua dicar oportet:

Penelope coniunx semper Ulysſis ero.

Ille tam

Ille tamen pietate mea, precibusq; pudicis  
 Frangitur: et uires temperat ipse suas.  
 Dulichij, Samijq, et quos tulit alta Zacynthus,  
 Turba ruunt in me luxuriosa proci-  
 Inq; tua regnant, nullis prohibentibus, aula:  
 Viscera nostra tue dilacerantur opes.  
 Quid tibi Pisandrum, Polybum, Medontaq; dirum,  
 Eurymachiq; auidas, Antinoiq; manus,  
 Atq; alios referam? quos omnes turpiter absens  
 Ipse tuo partis sanguine rebus alis.  
 Irus egens, pecorisq; McLanthius autor edendi,  
 Ultimus accedunt in tua damna pudor.  
 Que porrò sequuntur omnia ad commouendum gra-  
 viissima sunt: eodemq; ex adiunctorum loco de prompta.  
 Argumenta autem dicit, affectusq; mouet, à suo sexu mu-  
 liebri atque inutili, Laertæ autem senili, et Telemachi  
 nondum matura ætate, atq; periculo. Atque hic à suo in-  
 filium materno affectu, cui sua longiorem uitam precca-  
 tur, amplificat: enumeratq; qui domi ex seruis in offi-  
 cio mancant. Deinde quo magis affectus moueat, atque  
 impetrat, ad se ut omni abrupta mora reuertatur, re-  
 petit Laertæ senectutem minus accommodatam ad ca-  
 pessendum regnum, Telemachi ætatem nondum ma-  
 turam, et suas uires muliebres, nullasq; ad resisten-  
 dum hostibus esse. Quare quod ante proposuit infert,  
 ipse domum citius ut ueniat. Tertio et postremo ad

has ipsas personas redit: argumentaq; hinc sumit, et mouet affectus: à persona Telemachi, qui filius à patre bonis artibus iam instituendus erat: à persona Laertie senis, cui iam iam emorituro, filius ipse patri adesset: Deniq; et à sua persona, quæ longiore temporis spatio, quod absuit, anus facta uideri posset. Omnia porro hæc, coniunct, pater, filius, unde argumenta affectusq; deponuntur, Vlyssi, cui scripsit sunt adiuncta.

Tres sumus imbellis numero: sine viribus uxor:

Laertesq; senex: Telemachusq; puer.

Ille per insidias penè est mihi nuper ademptus,

Dum parat in uitis omnibus ire Pylon.

Dij precor hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis,

Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix,

Tertius immundæ cura fidelis haræ.

Sed neq; Laertes, ut qui sit inutilis annis,

Hostibus in medijs regna tenere potest.

Telemacho ueniet, uiuat modò, fortior ætas,

Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.

Nec mihi sunt uires inimicos pellere tectis:

Tu citius uenias, portus, et aura tuis.

Est tibi, sitq; precor natus, qui mollibus annis

In patrias artes erudiendus erat.

Respice Laerten, ut iam sua lumina condas:

Extremum fati sustinet ille diem.

Certe

Certe ego quae fueram te discidente puella,

Protinus ut uenias facta uidebor anus.

Hinc quae ex locis amplificandi, copioseq; suadendi ratio sit, satis declaratum esse puto. Ieiuna nanq; nudaq; no perinde fidem facit oratio, atq; ea, quae per locos ducta, uires contrahat: reluctantemq; commoueat: & ui tandem secum uel in uitium rapiat. Nos quidem non grauati sumus, pluribus locorum hic usum explicare: quod nemo ferè est, quocunq; in genere uitæ existat, cui non aliquando suadendum, hortandum, petendumue sit: ubi si intelli gat unde sumi commode possit, quo cum motu animorum sibi fidem in dicendo conciliet, felicius hunc quæ uoleat, ex sententia impetraturum dubium nulli esse debet. Dissuadendi autem quæ sit ratio, ex superioribus satis liquet. Contraria nanq; turpia uidelicet, inutilia, impossibilia, difficultia, quibus multum inest periculi, dissuadenda erunt: quæ ex eodem illo adiunctorum, caussarum sumpta loco, unde superiora, ad maiorem fidem motumq; animorum faciendū, & ex reliquis dilatātur, amplificanturq;.

### EXEMPLVM COPIOSE EX LO-

cis dissuadeudi apud Titum Liuum.

### CAP. X.

**S**ed & hic exemplo apud T. Liuum, cum in omnibus spassim, tum in concionibus eloquentissimum histori cum ostendamus. Elegans apud hunc, doct acq; Q. Fabij Maximi extat oratio, neruis, & rerum pondere perqua

munita. Qui cum senex iam nulli Romæ rerum gestarum gloria secundus, uideret Publium Scipionem admodum iuuenem totam Hispaniam, cæsis, pulsisq; Poenis recuperasse, atq; inde Romanum reuersum ingenti fauore populi, & summa spe finiendi per eum Punici belli creatum consulē statuisse cum exercitu in Africam, trahendi ex Italia Annibalis cauſsa traiſcere, eaq; de re, eo consilio ad Senatum referre, ut si hic non impetraret, cum populo ageret, rogatus in Senatus sententiam, consilium Scipionis, siue inuidia, siue Reipub. periculo commotus totū im probat: dissuadetq; ante in Africam esse traiſciendum, quām Annibal Italia pulsus sit atq; fugatus. Exordium, quo animos patrum conciliat, uiamq; sibi ad dissuadendū sternit, ex adiunctorum loco dicit: nempe à cauſſe, & Africæ prouincie circumstantia, Scipionisq; & sua persona. Sunt enim dicturo adiuncta hæc omnia: persone eorū, apud quos dicit: aduersarij: sua ipsius: cauſſa item ipsa: deniq; locus, & tempus: qua dere, supra de principijs est disputatum. Duo maxime hoc in exordio prestat Fabius. Primum Scipioni odium conflat: quod de Africa prouincia sibi decernenda ad Senatum se referre simulet, cum uelinuitis Patribus hanc sibi prouinciam dari uellet. Deinde, cum & ipse natura cunctationis ad res gerendas uideri posset, crescentijs Scipionis glorie inuidere, omnem suæ cunctationis & inuidiae suspicionem amouet. Cum igitur animaduerteret Fabius Scipionem, eo com-

eo consilio ad Senatū de Africa prouincia, quam in eum  
 diem nec Senatus prouincia censuisset, nec populus ius-  
 sisset, referre, ut si is non concederet, à populo impetra-  
 ret, ab hac rerum circumstantia ita est exorsus. Scio mul-  
 tis uestrum uideri Patres Conscripti, rem actam hodier , ,  
 no die agi: & frustra habiturum orationem, quia tanquā , ,  
 de integra re, de Africa prouincia sententiam dixerit. , ,  
 Ego autem primum illud ignorō, quemadmodum certa , ,  
 iam prouincia Africa consulis uiri fortis, ac strenui sit, , ,  
 quam nec Senatus censuit in hunc annum prouincia esse, , ,  
 nec populus iussit. Deinde si est, consulem peccare arbi-  
 tror, qui de retransacta simulando se referre, Senatum , ,  
 ludibrio habet: non senatorem modo, qui de quo consu- , ,  
 litur, suo loco dicit sententiam. Hactenus Patriū animos  
 à Scipione abalienauit: nunc subinde suæ cunctationis,  
 atq; inuidiae suspitionem tollit: ab acta sua uita, & mori-  
 bus, summisq; gestis honoribus: deniq; ab sua iam ingra-  
 uescenti ætate. Atq; hic ex comparationis loco, hæc ex-  
 tendit atq; confirmat, dum cum filij sui ætate, Scipionis  
 confert: & exemplum rerū à se gestarum à maiori sum-  
 ptum adducit. Se dictatorem, cum Magistro equitum im-  
 perium secum &quaretur, rebus quam uerbis assequi ma-  
 luisse, ut qui sibi aliorū iudicio cōparatus esset, sua mox  
 confessione se sibi preferret, tantum abesse, ut certamina  
 sibi cum adolescente Scipione proponenda esse putet.  
 Atq; hinc ex eodem loco, & quidem à maiori, aliud

infert argumentum: quo & Patrum sibi animos admodum conciliat: æquum esse Scipionem sibi ignoscere, si, cum in se ipso pluris semper Rempub. quam famam hominem fecerit, non ipsius gloriam, bono publico preponat. Atq; ego certum habeo, dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam trahiendi, duarum rerum subeundam opinionem esse. Vnius, insitæ ingenio meo cunctationis, quam metum, pigritiamque homines adolescentes sanè appellant, dum me non poeniteat adhuc, aliorū speciosiora. Alterius, obrectationis atq; iudicis, aduersus crescentem in dies gloriam fortissimi consulis. A qua suspitione, si me neq; uita acta, & mores mei, neq; dictatura cum quinq; consulatibus, tantumque gloriae belli domiq; partium vindicat, ut proprius fastidium ciuis sim, quam desiderium, etas saltem liberet. Quæ enim mihi emulatio cū eo esse potest, qui ne filio quidem meo æqualis sit? Me dictatorem, cum uigerem adhuc uiribus, & in cursu maximarum rerum essem, recusantem nemo aut in Senatu, aut apud populu audiuit, quo minus insectante me Magistro equitatum, quod fando nunquam ante auditum erat, imperium mecum æquaretur: rebus quam uerbis assenti malui, ut qui aliorum iudicio mihi comparatus erat, sua mox confessione me sibi præferret, nedum ego perfunctus honoribus, certamina mihi atq; emulationem cum adolescente florentissimo proponam: uidelicet, ut mihi iam uiuendo, non so

Non solum rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit, Afri  
 ca provincia decernatur. Cum ea gloria, quæ parta est,  
 uiendum atq; moriendum est. Vincere ego prohibui An-  
 nibalem, ut a uobis, quorum uigent nunc uires, etiam am-  
 ci posset. Illud te mihi ignoscere P. Cornel. & equum est, si,  
 cum in me ipso nunquam pluris famam hominum, quam  
 Rempub. fecerim, ne tuam quidem gloriam bono publi-  
 co præponam. Hactenus Fabius, sumpto ab adiunctis  
 exordio: & Scipioni odiū conflauit, & quo grauior dis-  
 suadendi autor esset, sue cunctationis atq; inuidie suspi-  
 tionem sustulit: nunc subinde dissuadet, ante Italia esse  
 discendum, quām Pœnī hinc pulsi sint atq; fugati: idq;  
 ductis argumentis ab adiunctorum loco: uidelicet à per-  
 sona hostis Annibalē: ab eius incolumi exercitu: à mul-  
 titudine annorum quos Italiam obsideat. Atq; hoc in ge-  
 nere obiter animadueri edum est, propositionem, ut hic,  
 sepe omitti, cum id, quod suadetur, aut dissuadetur, satis  
 eluceat, perspicuumq; sit. Satis enim hic apparet, Fabiū  
 nelle, Italia hostem antè esse expellendum, quām in Afri-  
 cam traiiciendum: sic ille. Quanquam si aut bellum nul-  
 lum in Italia, aut is hostis esset, ex quo uicto nihil glorie  
 quereretur, qui te in Italia retineret, & si id bono publi-  
 co faceret, simul cum bello materiam glorie tue ire cre-  
 ptum uideri posset. Cum uero Annibal hostis, incolumi  
 exercitu quartumdecimum annum Italiam obsideat, pœ-  
 nitabit te Publ. Cornelius gloriæ tue, si eum hostem, quitot

,, funerum, tot cladium nobis caussa fuit, tu Consul Italia  
 ,, expuleris? Subiicit ex similitudinis loco, & sicut penes  
 ,, C. Lucretium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit,  
 ,, ita penes te huius fuerit? Que sequuntur ex comparati  
 onis loco sunt petita: ubi hunc hostem Annibalem, cum  
 Amilcare parente, superiorisq; belli duce, & hoc secun  
 dum bellum Punicum, cum primo, deniq; hanc futuram ui  
 ctoriam, cū illa superiori conferendo, ostendit longe ma  
 ximam gloriam in hoc hoste Italia expellendo, belloq; fa  
 nuendo Scipioni positam esse. Nisi aut Amilcar Annibali  
 dux est præferendus: aut illud bellum huic: aut uictoria  
 illa maior, clariorq; quam hæc, modò cōtingat ut te Con  
 sule uincamus, futura est. Ab Drepano atq; Eryce detra  
 xisse Amilcarem, quam Italia expulisse Poenos atq; Anni  
 balem malis? Ne tu quidē, & si magis partam, quam spe  
 ratam gloriam amplecteris, Hispania potius, quam Italia  
 bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Annibal,  
 quem non magis timuisse uideatur, q; contempssisse, qui  
 aliud bellū maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris? nec  
 per istos circuitus, ut cum in Africam traieceris, securua  
 rum te illuc Annibalem speres potius, quam recto hinc  
 itinere, ubi Annibal est, eo bellum intendis? Que hijs ad  
 iisciuntur, ab adiunctis argumenta trahuntur, atq; exten  
 duntur: nempe à natura, atq; ordine gerendarum rerū.  
 Egregiam istam palmam Punici peracti belli petis? Hoc  
 & natura prius est, tua cum defendaris, aliena ire oppu  
 gnatum.

gnatum. Pax ante in Italia, quam bellum in Africa sit: & " "  
 nobis prius decebat timor, quam ultro alijs inferatur. Si " "  
 utrumq; tuo ductu, auspicioq; fieri potest, Annibale hic ui " "  
 elo, illuc Carthaginē expugna. Si alterutra uictoria uobis " "  
 consulibus relinquenda est, prior, cum maior, clariorq;, " "  
 tum causa etiam in sequentis fuerit. Quae item sequuntur " "  
 argumenta, ab adiunctis sumuntur: ab inopia ærarij: & " "  
 periculis, que & urbi Romæ, & ipsi in Africa pugna= " "  
 turo impendeant. Atq; hæc tribus cōfirmat exemplis ex " "  
 similitudinis loco petitis, ipsius parentū, Atheniensium, " "  
 & M. Attilij Reguli. Nam cū quidē, præterquā quòd et " "  
 in Italia, & in Africa duos diuersos exercitus alere æra= " "  
 riū nō potest, præterq; quòd unde classes tueamur, unde " "  
 cōmeatibus satisfaciamus, præbendis nihil reliqui est, pe= " "  
 riculitandē quantū adeatur quē fallit & P. Licinius in Ita " "  
 lia, P. Scipio bellū in Africa geret. Quid si ( quod oēs dij " "  
 omen auertant ) & dicere etiam reformidat animus, sed " "  
 que acciderūt accidere possunt, & uictor Annibal ire ad " "  
 urbē perget? tum demūte conuilem ex Africa, sicut Q. " "  
 Fuluiū à Capua accersemus? Quid quod in Africa quoq; " "  
 Mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater, patru= " "  
 usq; intra triginta dies cum exercitibus cæsi documento " "  
 sint, ubi per aliquot annos, maximis rebus terra mariq; " "  
 gerendis, amplissimū nomen apud exteras gentes Populi " "  
 Romani, uestræq; familia fecerat. Dies me deficiet, si Re " "  
 ges, Imperatoresq; temerè in hostiū terras transgredos " "

cum maximis cladibus suis, exercituumq; suorum enumere  
 rare uelim. Athenienses prudentissima ciuitas, bello do-  
 mi relicto, autore & que impigro, atq; nobili iuuene, ma-  
 gna classe in Siciliam transmissa, una nauali pugna flo-  
 rentem Rempub. suam in perpetuum afflixerunt. Exter-  
 na, & nimis antiqua repeto. Africa eadem ista, & M.  
 Attilius, insigne utriusq; fortunae exemplum nobis docu-  
 mento sint. Proxima ex comparationis loco sunt ducta:  
 ubi Hispania & Africa comparantur: resq; à Scipione  
 in Hispania geste enumerando eleuantur, & cū ijs, que  
 in Africa futurae sint, conferuntur. Næ tibi P. Cornelii, cū  
 ex alto Africam conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispa-  
 nie tuae uidebütur. Quid enim simile? Pacato mari pra-  
 ter oram Italie Gallieq; uectus, Emporias in urbem so-  
 ciorum classem appulisti: & expositos milites, per tutis-  
 sima omnia ad socios, & amicos Populi Romani Terra-  
 conem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia  
 Romana: circa Iberum exercitus patris, patruiq; tui,  
 post amissos Imperatores ferociores calamitate ipsa fa-  
 eti. Dux tumultarius quidem ille L. Martius, & milita-  
 ris suffragio ad tempus lectus, cæterum si nobilitas, & illi-  
 sti honores adornarent, claris Imperatoribus qualibet  
 arte belli par. Oppugnata per summum ocium Cartha-  
 go, nullo trium Punicorum exercituum socios defenden-  
 te. Cætera, neq; ea eleuo, nullo tamen modo Africo bello  
 comparanda: ubi non portus illus clasii nostræ apertus:  
 non ager

non ager pacatus: nō ciuitas socia: non rex amicus: non  
confistendi usquam locus: non procedendi: quacunq; cir  
cunspexeris, hostilia omnia atq; infesta. Confusat subinde  
que obijci à Scipione possent, quod amicitiam, foedusq;  
cum Numidarum rege Syphace in Carthaginenses feci-  
set. Barbaris enim regibus non esse credendū: probatq;  
primum exemplis parentum Scipionum, atq; ipsius, que  
ex similitudinis, & comparationis loco sumuntur: dein  
de argumentis ex adiunctorum loco sumptis: nempe à na-  
tura, atq; in genijs regum Numidarum, & hostium Car-  
thaginemsum. An Syphaci Numidisq; credis? Satis sit  
semel creditum. Non semper temeritas est felix: & fraus  
fidem in paruis sibi præstruit, ut cum operæ precium sit,  
cū mercede magna fallat. Non hostes patrem patruumq;  
armis prius, quam Celtiberi socij fraude circumuerūt.  
Nec tantum tibi ipsi à Magone, & Asdrubale hostiū du-  
cibus, quantum ab Indibili, & Mandonio in fidem acce-  
ptis periculi fuit. Numidis tu credere potes defectionem  
militum tuorum expertus? Et Syphax & Masinissa, se  
quam Carthaginenses malunt potentes in Africa esse:  
Carthaginenses, quam quenquam alium. Nunc illos æmu-  
latio inter seſe, & omnes cauſſæ certaminū acuunt, quod  
procul externus metus est: ostende Romana arma, exer-  
citum alienigenam, iam uelut ad commune restinguendū  
incendium concurrent. Aliter ijdem illi Carthaginenses  
Hispaniā defendeuſt, aliter mænia patriæ, templo deūm,

» aras, & focos defendant, cum eentes in prælium pavida  
 » prosequetur coniunx: & parui liberi occurſabunt. Quæ  
 » sequuntur, ex adiunctorum trahuntur loco: periculo=  
 » rumq; magnitudinem, quæ emergere ex Scipionis in Afri=  
 » cam traiectione possunt, ostendunt. Quin & similitudo,  
 » quò res periculosior uideatur, admiscetur. Confutatiūn=  
 » cula item, non uictum ab eo Asdrubalem, quem in Italia  
 » descendere passus sit: quod ab adiunctis est tractū. Quid  
 » porrò, si satis confisi Carthaginenses consensu Africæ,  
 » fide sociorum regum, mœnibus suis, cum tuo exercitu q;  
 » tui præſidio nudatam Italiam uiderint, ultro ipsi nouum  
 » exercitum in Italiam, aut ex Africa miserint, aut Mago=  
 » nem, quem à Balearibus classe transmissiam preter orā  
 » Ligurum Alpinorum uectari constat, Annibali se coniu=  
 » gere iuſſerint? nempe in eodem terrore erimus, in quo nu=br/>
 » per fuimus, cum Asdrubal in Italiam transcendit: quem  
 » tu, qui non ſolum Carthaginem, ſed & omnem Africam  
 » exercitu tuo es clauſurus, ē manibus tuis in Italiam emiſi  
 » ſti. Viſtum à te dices? eo quidem minus uellem, & id tua,  
 » non Reipub. ſolum cauſa iter datū uictō in Italiam eſſe.  
 Quæ ſequuntur, ab adiunctis petuntur: firmaq; ſunt ar=br/>
 gumenta. Primum autē diſſuadet ab ipſius Scipionis per=br/>
 ſona: qui quo melior, bellicosiorq; ſit, hoc commodius per=br/>
 eum Patria, totaq; Italia retineat. Deinde ab ipſius iudi=br/>
 cio, conſtentis ibi bellii eſſe caput, ubi ſit Annibal. Tum à  
 cauſa traiſciendi, quæ fuit, ut Annibalem in Africam ſea=br/>
 cum ex

tum ex Italia traheret, atq; ibi cum eo manus consereret: quod minus periculose in Italia fieri posse, ubi et colle-  
ge sui exercitu iuuari possit, recenti Claudi et Liui  
COSS. exemplo confirmat. Atq; hic rem et ex com-  
parationis loco exaggerat, atq; extendit, dum collatis lo-  
cis Africa, atq; Italia, copijsq; quibuscum aut hic, aut ibi  
futura res sit, ostendit minus periculose in Italia, cu Annibale manus cōserere posse, ubi et à collega iuuari pos-  
sit, quam in Africa, ubi soli aduersus plures hostium co-  
pias sit pugnandum. Figurata quidem et hæc sunt urgen-  
di causa cr̄bris interrogationibus. Patere nos omnia,  
que prospera tibi et populi Romani imperio euencere  
tuo consilio assignare: aduersa casibus incertis belli, et  
fortunæ legare. Quo melior, fortiorq; es, eo magis talem  
pr̄esidem sibi Patria, atq; uniuersa Italia retinet. Non  
potes ne ipse quidē disimulare, ubi Annibal sit, ibi caput  
atq; arcē huius belli esse: quippe qui pr̄e te feras, eam ti-  
bi causam esse traiicendi in Africā, ut Annibalē eō tra-  
has. Siue igitur hic, siue illic, cum Annibale est tibi futura  
res. Vtrū ergo tandem firmior eris in Africa solus, an hic  
tuo collegaeq; tui exercitu cōiuncto? ne Clavius quidē et  
Liuius Consules tā recēti exemplo, quantū id int̄ersit do-  
cumēto sunt? Quid Annibalē utrū tandem extremitus angu-  
lus Brutij agri, frustra iā diu poscentē ab domo auxilia,  
an propinqua Carthago, et tota socia Africa potentiore  
armis uirisq; faciet? Quod istud consilium est, ibi malle

decernere, ubi tuæ dimidio minores copie sint, hostium  
 multo maiores, quam ubi duobus exercitibus aduersus  
 unum, tot prælijs, et tam diuturna, et graui militia se-  
 sum pugnandum sit? Quæ sequuntur ex contrariorum,  
 adiunctorum, seu caffarū, similitudinisq; loco sunt de-  
 prompta. Nam ut magis atq; magis Scipionis consiliū im-  
 probaret à paterno maxime pugnare, contrariumq; esse  
 ostendit. Ab adiunctis est, atq; adeò à causis, nō Reipub.  
 commodum hic eum querere, sed sui nominis gloriā ue-  
 nari: quod subinde rerum ante ab ipso gestarum exem-  
 plo, ducto à simili confirmat. His adiicit clausulam, atq;  
 adeò suam sententiam. Quam compar consilium tuum  
 parentis tui consilio sit reputa: ille consul profectus in  
 Hispaniam, ut Annibali ab Alpibus descendantem occurre-  
 ret, et in Italiam ex prouincia redijt: tu cum Annibal in  
 Italia sit, relinquere Italiam paras: non quia Reipub. id  
 utile, sed quia tibi amplum, et gloriosum censes esse. Si-  
 cut cum prouincia, et exercitu relitto, sine lege, sine S.C.,  
 duabus nauibus populi Romani imperator fortunam pu-  
 blicam, et maiestatem imperij, que cum in tuo capite pe-  
 riclitabantur, commisisti. Ego P. Cornelium P. C. Reip.  
 nobisq; non sibi ipsi priuatim creatum consulem existi-  
 mo: exercitusq; ad custodiam urbis, atq; Italie scriptos  
 esse: non quos regio more per superbiam consules, quo  
 terrarum uelint traijcent. Animaduertendum autem,  
 quod ipsum et sepius diximus, omnia hic, quibuscūq; ex  
 locis

locis ad fidem, motumq; animorum ducantur, in caussas  
conuerti, cur non ante in Africam traisciendum Scipioni  
putet, quām Annibal hostis Italia pulsus sit atq; fugatus.

## DE DISPOSITIONE ET EXOR:

dio. CAP. XI.

**O**Mnia quæ in suadendo & dissuadendo ad fidem,  
copiamq; orationis adhibentur, ex locis sumi, cū  
nostris, tum apud Oratores, Poëtas, Historicosq;, exem=   
plis ostendimus: nūc subinde, & quæ hoc in genere dispo=   
nendiratio sit, paucis erit dicendum. Quò enim copiose  
inuenisse ualebit, nisi recte disponas? To idem igitur &  
hic, quot in superiori genere, orationis erunt partes.  
Principium conciliandorum animorum caussa adhibe=   
tur. Sumitur autem, ut supra, à personis, nostris, dissen=   
tientium, & eorum quibus consilium datur: à loco item,  
& tempore: deniq; à caussæ circumstantijs: quæ ut pro  
caussa subinde aliæ atq; aliæ sunt, ita unus ille adiunctoruū  
locus, omnium, unde duci debeat, nos admonebit. Qua  
dere, cum supra copiosius disputatum sit, nihil attinet  
hic repetere. Vnus certe adiunctorum locus, eorum omni  
um, unde sumi posset, nos admonet: quæ si magis exten=   
dere, atq; ad motum animorum dilatare uelis, & per cæ  
teros locos ducas licebit. Verum cum hoc in genere, iſ,  
quibus suademus, aut dissuademus, nobis ferè sint conci=   
liati, longiore non opus erit exordio: adeò, ut quod equi=   
dem minus probō, interdum omittatur. Nam ut br̄cui qui

dem contenti esse possumus, ita totum omitti, & abrupte exordiri, quod in rebus omnibus naturaliter aliquid sit primum, probari qui potest? Quod si uero male audias, aut inuidere, aut tui compendij ratione habere uidearis, omnibus uiribus ad conciliandum, purgandumque erit ab utendum. Itaque pro causa, haec moderanda erunt omnia.

DE NARRATIONE, ET PROPOSITIONE: et quibus illa sumatur ex locis. CAP. XII.

**R**are hic, breuesque, si quae narrationes sunt. Suasurus Cicero populo Romano bellum in Mithridatē esse suscipiendum, & Cn. Pompeium Imperatorem huic præficiendum, breui narratione, quid ab hostibus pararetur, populum docuit. Sumitur autem, si qua incidit, ab adiunctis: nempe ab ijs, quae gesta sunt, gerantur, sintque futura bona malāue. Ceteris ex locis narrationes, quod breues esse solent, debentque, non ferè multum amplificandas sumant. Porro saepius hic omnino nulla narratio est: propterea, quod ijs, quibus consiliū datur, res ipsa, causaque tota sit cognita: aliunde tamē incidere possunt, quae exponi oporteat. Quare breui propositione, que ferè semper est necessaria, quid suasurus, aut dissuasurus uenias, erit indicandum: que tamen & ipsa, cum satis appareat, quid agas, interdum omittitur: ut in proximo exemplo uidimus. Nam cum ipso exordio Fabius satis indicasset, displicere sibi Scipionem in Africam traijcere, nihil atti-

bilatinebat id certius proponendo facere. In epistolis, scriptisq; brevioribus, interdum in finem usq; proposi-  
tio differtur. Porro conclusio, repetita propositio est, et  
per omnia eadem. Dicitur autem propositio, cum ante  
conflictum argumentorum probanda ponitur: conclusio,  
cum ex rerum argumentorumq; pugna, confirmata du-  
citur. Diuisione item, si pluribus de rebus dicendum sit,  
nos hic uti posse animaduertendum est: ut Cicero, primū  
se de genere belli, deinde de magnitudine, postremo de  
Imperatore diligendo se dicturum dixit.

## DE CONFIRMATIONE. CAP. XIII.

**E**xpositares, seu modo proposita, argumentis erit  
probanda. Atq; hic primū cōmode de honestate, de  
inde de utilitate, tum de necessitudine dixerimus: de qua,  
Quanq; duobus illis, honesto atq; utili comprehendatur, se  
orsun tamen saepe oratio est: postremo possiblitas, & si  
hieri potest facilitas etiam erit ostendenda. Frustra enim  
honestum, aut utile esse contendas, si prae difficultate mi-  
nus fieri potest. Sed & hunc ordinem mutes licebit: pri-  
mūq; de utilitate, deinde de honestate dicās. Habenda aut  
eoriū quibus consules, ratio diligenter. Nam si doctos ui-  
ros esse, uirtutemq; sequi intelligas, plurima tibi de hone-  
state erit oratio: sin uerò rudiores, omniaq; utilitate me-  
tiri uideas, cōmoda maxime, atq; euentura emolumenta  
erūt ostēdenda. Quid si uerò quid ab aduersario sit obie-  
ctū, aut obijci posit, erit id omnib. hic modis cōfutandū.

Neq; enim quæ uoles alijs recte probes, nisi ea ex animis  
hōim interim tollas, quæ in diuersum rapiūt atq; trahūt.  
Quæ in suadēdo, eadē & in dissuadendo, quod cōtrarijs  
constat officijs collocandi, confirmandiq; ratio est. Quib;  
bus autem ex locis confirmatio sumatur, explicatum est.

## DE EPILOGO. CAP. XIII.

**P**ostquam aut̄ ijs, quæ nocitura erāt refutatis, tua sa-  
tis argumentis confirmaris, rerū pondera, atq; fir-  
mamenta, epilogo deinde erūt repetenda, affectusq; mo-  
uendi. Quæ pars orationis, cū tota ad amplificandū, mo-  
tusq; animorum accommodetur, licebit hic, si cauſa po-  
ſtulat, in locos communes excurrere: & proſopopoijas  
admiſcere: eaq; omnia, quæ ad concitandum ualent, de  
quibus ſupra in exornatione diximus adhibere. Atq; hæc  
item, quibus ſumantur ex locis, demonstratum eſt.

DE ELOQ. VVTIONE SEV EX-  
oratione. CAP. XV.

**P**ostquam autem copioſe inuenierimus, recteq; collo-  
cauerimus, eo omnia uerborum, figurarumq; gene-  
re erunt exornanda, atq; enuncianda, ut doceamus, dele-  
ctemus, & moucamus: de quibus tribus oratoris officijs,  
cum pluribus ſupra dixerimus, eademq; huic pertineant,  
nihil eorū hoc loco repeti oportere putamus. Quæ item  
de actione, & quinta ultimaq; rhetorices parte ipsa me-  
moria nobis uidebantur, ſupra diximus.

F I N I S.

LECTORI S. D. P.

**D**um quartum librum de genere iudiciali, quem for  
te desideras, scribendum suscipio, Hippocrates,  
alioq; Galenus è medio me cursu quasi longius digressum  
ad gravissima iacturam studia reuocant: ad quos ea le=  
geredeo, ut illorum pace mibi & hunc aliquando adde=  
re liceat. Magna enim omnium artium inter se cognata  
tio est. Itaq; & ipse Galenus, ex quingentis, aut ultra  
quos scripsit libris, complures & his ipsis de rebus, ut  
magnō futuro medico admodū necessarios edidit. Qua=  
re quanquam hoc tempore foro explosa sit eloquentia,  
nullusq; propemodū in iudicio oratori relictus sit locus,  
tamen, cum omnes ferè Ciceronis orationes hoc in gene=  
re uersentur, & hic locorum usum ostendisse iuuabit: &  
hoc magis, quod in Topicis Cicero, proprios cuiusq; sta=  
tus locos nō recte indicasse uideatur. Quapropter

& quartum si aliquando librum de uso lo


corum in genere iudicali addo, ab

hoc nostro Gryphio de studijs

literarum optime me

rito expecta.

Vale.



**EPI TO ME**  
IN RHETORICAM CICERONIS  
VTRANQVE.

AU TORE CONRADO CELTE.

PROGYMNASMATA SIVE PRAE  
ceptiones Petri Moselani Protegensis, in  
primatum discipulorum suorum  
usum comparatæ.

ANNO XXXIII.  
Mense Septembri.

# CONRADI

CELTIS PROTVCII PRIMI IN= ter Germanos imperatorijs manibus Poëtæ laureati, Epitome in utraq; Ciceronis Rheto ricam, adiunctis præceptis & locis tum ora= tiones, demonstratiuam, scilicet deliberatiuam & iudicialem constituendi, tum partes quoq; earundem singulas, cum exornationū usu, in suum ordinem dige= rendi.

## DE TRIBVS CAVSSARVM GE= nerbis, & certo oratoris circa haec sin gula officio. CAP. I.

Tempora tria.



Officium oratoris. vi in contione quippiam dicturi sunt, constituant aut de præsenti aliquid dicere, ut laudatores, aut de præterito, ut accusatores, & defensores, aut de futuro, ut deli= beratores & consultantes. Circa que oratoris uis plane tota uersatur & pendet, cuius officium esse di xerunt, de his rebus posse apposite dicere, que ciuili= Questio = bus quæstionibus secundum mores et instituta patriæ ques ciuiles. comprobantur: hæ autem sunt, an turpe aliquid, aut laudabile,

laudabile, utile uel inutile, & quum uel iniquum sit, ex  
 quibus rebus tria caussarum genera, hoc est, iudicij, <sup>Cauſſarū</sup>  
 deliberationis, & exornationis nascuntur. Exorna- <sup>tria gene-</sup>  
 tio quia in laudatione maxime uersatur, proprium ex <sup>ra.</sup>  
 ea nomen trahit per quam orator audienti delectatio  
 nem proponit. In iudicio autem se uiciam aut clemen-  
 tiam iudicis, In suatione spem aut reformidationem  
 deliberantis. In quibus & circa quae maxime orator = Oratorem  
 em obseruare oportet ut exordiatur apte, narret quae dece-  
 perte, pugnet acriter, colligat fortiter, ornnet excel- ant.  
 se, pronunciet clare, teneat fixe, postremo doceat, de  
 lect et, atq; afficiat, quae cum à nobis seruata fuerint,  
 oratorium iam munus consecimus. Præmissa igitur  
 hac distributione rerum, ad præcepta cauſſarū nunc  
 communia pergemus, postea orationis partes sigilla = Propositio  
 tim tractabimus, ut quæq; sint in oratione collocadæ,  
 elocutionis, pronunciationis, memorieq; præceptis  
 additis.

QVOMODO ET A Q VIBVS  
locis demonstrativa constituatur

oratio. CAP. II.

**C**Enius illud exornationis, quod ad laudandos cla-  
 gros uiros & improbos uituperandos, non sine  
 gravissimis ueterum exemplis suscipitur, huiusmodi  
 sane est, quo aliud orationis genus nullum uel ad di-  
 cendum uberioris, utilius, cumulatiusq; esse queat, uel  
 in honest

in honestissima illa uirtutum uitiorumq; cognitione latius euagetur, uereturq;. Absoluitur autē narrandis exponendisq; factis & rebus gestis. Et quoniam in hac causa omnis oratio serè ad uoluptatem auditoris & delectationē refertur, utendum erit uerbis insignibus, uenustis, & ipsa uerborum constructione perpolitis, ut sic paria paribus, & similia similibus Tria bona conferantur. Quā uero in tribus generibus bona mā à quibus lāue uer sentur, scilicet externis, animi & corporis laudamur. Externa quidem sunt quae à genere ducuntur, quo breui ter modiceq; laudato: aut si erit infame prætermisso, si humile uel præterito, uel ad augendam eius quē Gratior laudamus gloriam tacito. Deinceps si res patitur, de est pul= fortunis erit facultatibusq; dicendum, postea de cor= chro &c. poris bonis, in quibus forma laudatur quod uirtutem maxime significat. Deinde est ad facta ueniendū, quo Triplex fa rum collatio triplex: aut enim temporum ordo scri- etorū colla uandus: aut in primis dicendum quod est recentissi- tio. mum: aut multa & uaria facta in propria uirtutum A uirtute. genera sunt digerenda. Sed hic locus uirtutum atq; uitiorum latissime patens uarijs disputationibus de- ducentus est, ut uirtus cum uicio cōcertasse uideatur. Est autem uis uirtutis duplex: aut enim scientia cerni A pruden tur uirtus, aut actione. Igitur prudentia quae graui- tia & sa- mo nomine sapientia dicitur hæc scientia pollet una- pientia. Quæ uero in moderandis cupiditatibus, regendisq; animi

animi motibus laudatur, cuius est munus in agendo, cui  
 temperantiae nomen est, atq; illa in suis rebus dome-  
 stica, in publicis autem ciuilis appellari solet. **A tempe-**  
 rantia itidem in suas res & communes distributa est, **rantia.**  
 duobusq; modis in rebus distribuitur, & ea quæ ab-  
 sunt non expetendo, & ab his quæ in potestate sunt  
 abstinendo: in rebus autem incommodis similiter. Nā quæ  
 ueniētibus malis obstat, fortitudo est. **Quæ uero** quod  
 iam adest perfert et tolerat, patiētia nominatur. **Quæ A fortitu-**  
 aut hæc duo cōplectiūr, magnitudo animi dicitur, cu dñe.  
 ius est liber alitas in usu pecuniae, simulq; altitudo ani-  
 mi in capiendis incommodis, & maxime in uirijs, & o-  
 mne quod est ciuis generis graue insedatum & turbu-  
 lentum. In cōmune aut quæ posita pars est iustitia dici **A iustitia.**  
 tur, ea est uirtus quæ erga deos religio est, erga pa-  
 rentes pietas, uulgo autem bonitas: in rebus creditis  
 fides, in moderatione animaduertendi lenitas: atq; hæ  
 uirtutes cernuntur in agendo. Sunt aliæ ministræ co-  
 mitesq; sapientiae, quarū altera quæ sunt in disputatione  
 uera atq; falsa, quibus positis quid sequatur, distin-  
 guit atq; iudicat, cuius uirtus omnis in ratione scienti **A scientia.**  
 atq; disputatione est: altera aut oratoria, que nihil aliud  
 est, quam loquens sapientia, quam eloquentia dicunt,  
 que ex eodem & hausta est & aucta genere, quo illa **Ab orato-**  
 ria in disputatione est, uberior tamen atq; latior, &  
 ad motus animorum uulgiq; sensus accommodator.

A uerecun-  
dia.

Custos uero virtutum omnium dedecus fugiens, laudemque  
maxime consequens uerecundia est: atque hi quidem  
sunt habitus animi sic affecti et constituti, ut sint sin-  
guli inter se proprio virtutis genere distincti, a qua-  
bus ut quaeque res gesta est ita sit honesta necessaria est,  
summaque laudabilis. Sunt alij quidam perfecti animi  
habitus ad uirtutem quasi perculci et preparati re-  
tis studijs et artibus ut in suis rebus, studia literarum,  
numerorum, ac sonorum mensurae item syderum: equo

A Malherum armorum, uenandi. In communib[us] autem pro-  
matica. pensiora studia ut in aliquo genere uirtutis praeципue  
colendo: ut diuinis rebus deseruiendo: aut parenti-  
bus, amicis atque hospitibus insigniter diligendis: hec  
quidem uirtutum sunt loca: uitiorum autem genera  
sunt contraria. Cernenda quoque sunt diligenter ne fal-  
lant ea nos uitia, que uirtutem uidentur imitari: nam

Vituperia = et prudentiam malicia, et temperantiam immanitas  
tio. in uoluptatibus aspernandis, et magnitudinem animi  
De istis uir superbia in animis extollendis, et despiciencia in con-  
tum si = temnendis honoribus: et liberalitatem effusio: et  
meis Cice. fortitudinem audacia imitatur, et patientiam duricia  
in part. et inanis, et iustitiam acerbitas, et religionem supersti-  
Fa. Quint. tio, et lenitatem molicia animi, uerecundiam timidi-  
lib. 3. ca. 9. tas, et illam disputandi prudentiam concertatio, cas-  
et in alijs p[ro]pterea uerborum, et hanc orationem uim inanis que  
locis. dam profuentia loquendi. Studijs autem bonis similia  
uidentur

videtur ea quae sunt in eodem genere minima. Quā= obrem omnis ius laudandi et uituperandi ex his sume tur uictorum uirtutumq; partibus. Sed in toto quasi contextu orationis hæc erūt illustranda maxime: quē admodum quisq; genitus educatus, quē admodum in= stitutus moratusq; fuerit, quibus usus amicis, & si quid magnum cui et incredibile acciderit: maximeq; si illud diuinitus accidere potuerit uideri. tum quod quisq; senserit: dixerit, gesserit ad ea quae præposita sunt uirtutum genera accommodabuntur, ex illisq; inueniendi locis omnino cauſa rerum & eventus in consequentia requirentur. Neq; uero mors corū quo rum uita laudabitur, silentio preteriri debebit, si modo quid erit animaduertendū aut in ipso genere mor tis aut in ijs rebus quae post mortem consequuntur. Laudes itaq; & uituperationes ex his locis colligi= mur, quos personæ id est anime corporis & fortunæ bonis tribuumus, eaq; omnia sic exposita à nobis con firmari & confutari poterunt, si fortunæ quoq; cō= moda pro affectu mentis in laudem uel ignomiam tra bentur.

Ab educa= tione.

## QVOMODO ET A QVIBVS

locis constituenda sit oratio

deliberativa? Ca. III.

**F**Inis omnis consultationis est utilitas, ad quā ita omnia referri debent in consilio dando senten-

tiāq; dicenda ut illa prima sint suasori & dissuasori  
notanda, quid fieri possit. Et quid necesse sit aut non  
necessē. Nam si quid effici non potest, deliberatio tol-  
litur, quamvis utile sit. Si quid necesse est (illud autē  
est sine quo salui et liberi esse non possumus) id est re-  
liquis & honestatibus in ciuiliratione & commodis  
anteponēdum. Cum autem queritur quid fieri possit,  
uidendum est etiam quam facile possit. Namq; per dis-  
ficia perinde sēpe habenda sunt ac si effici non pos-  
sent. Et cū de necessitate attendemus, Etiam si quid  
necessarium non uidebitur, uidendum tamen erit quā  
fit id magnū: quod enim permagnū est, pro nec-  
ssario sēpe habetur. Utendum autem in consultatione  
antutū etiam fit id aggredi: uis enim dolusq; et sumi-  
lationes nobis animaduertendae sunt: quibus aduer-  
sus consilia nostra facile aliquando obuiari potest. Cū  
igitur hoc genus caussæ ex suasione et dissuasione cō-  
stet, in quibus omne consilium uersatur, ad utilitatem  
plurimum nobis attendendum erit, quæ in discernen-  
dis bonis malisq; uersatur. Bonorum autem quedam  
necessaria sunt ut uita, libertas, cōiuges, germani, pā-  
ritates. Quædam uero expetuntur non necessario, cō-  
iuncta tamen sunt cōmoditatū ut opes, copiae cliētele.  
Quædam sicut cum honestate coniuncta pro quibus  
optimus quisq; contendit ut gloria, honor, nobilitas.  
Est autem quasi quædam materies subiecta honestati,

A necessa-  
rio.

A tuto.

Ab utili.

Ab hono.

que maxime spectatur in amicitijs, amicitiae autē charitate aut amore cernuntur. Nam & deorum & parentum cultus, patriae, prouincie, Republice & eorum hominū, qui aut sapientia aut opibus excellunt, ad charitatem referri solent. Ad amorē autem conuages, & liberi, & fratres, & hij, quos usus, familiaritas & coniunxit, & consuetudo uiuendi & conuictus tenuit. In his rebus cum quæ bona sint constat, facile intellectu est que eorum contraria. Ab his igitur rebus persuasionis loca & argumenta formanda sunt, et dissuasionis ex earum maxime contrarijs elicienda. Et quoniam non ad ueritatem solum, sed etiam ad opiniones eorum qui audiunt accommodanda est oratio: hoc primum intelligamus hominum esse duo genera: Diversa alterum indoctum & agreste, quod antefert utilitatem honestati, alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponit, & honestatem utilitati, denda. Itaq; huic laus, honor, gloria, fides, iustitia, omnisq; virtus. Alteri questus, emolumentum, fructusq; preponitur, atq; etiam uoluptas, quæ maxime uirtutis est inimica: boniq; naturam faciliter mutando adulterat, quam immanissimus quisq; acerrime sequitur. Cum egeneri hominum consilium des sepe sane laudanda est uoluptas. Est aliud genus hominum ad honestatem natum, malo tamen cultu, peruersisq; opinionibus corruptum, quare in cohortando atq; suadendo.

proponendum nobis erit illud, quo bona consequi,  
 malaq; uitare possumus. Sed apud hos bene institutos  
 plurimum de laude et honestate dicemus, maximeq;  
 uirtutum genera tractabimus, que in communi homi-  
 num utilitate tuenda, augendaq; uersantur. Sin apud  
 imperitos, indoctosq; dicamus fructus emolumenta  
 uoluptates, uitationesq; dolorū proferantur. Et que  
 de utilitate iam diximus, de efficiendi ratione dicam-  
 us: quibus et contra quos, aut quo loco, aut quibus fa-  
 cultatibus armorum sociorū, pecuniae, eorumq; que  
 ad quamq; rem perfcientiam pertinent uti possimus  
 perquirendum est. Vterq; autē et suorum, et dissimili-  
 Ab exemplis, ad augendum exempla habeant: aut recentiora  
 plis. que notiora sunt, aut vetera que plus autoritatibus ha-  
 bent. Maximeq; in hoc genere prodest, ut possit utilia  
 Quomodo ac necessaria honestis uel hæc illis anteferre, ad con-  
 cōmouen- mouendos autem animos profcient eiusmodi senten-  
 di animi. tiae, que ad explendas cupiditates, ad odium faciandū  
 Cic. lib. I. uel ulciscendum iniurias pertinebunt. Sin autem re-  
 de Orat. primēdi illi fuerint, de incerto statu fortunæ dicemus,  
 de dubio euentu rerum futurarum, et retinendis si-  
 is si crunt secunde. Et hi quidem eius causæ et ge-  
 neris dicendi sunt loci. Principia quoq; in dicēdī sen-  
 tentiis brevia esse debebunt, et in utroq; genere illo  
 dicendi à natura rei auditorisq; persona, aut à re ipsa  
 narrationem trahemus.

De orat

## DE ORATIONE IUDICIALI

constituenda, &amp; à quibus locis.

## CAP. IIII.

Iudicialis generis finis æquitas est, idq; inter omnia genera difficultatum, multis enim & magnis rebus constat, quoniam iuris scientiam, & humanarum rerum experientia magnitudine sua complectitur, contractus etiā quos accusator & reus late diffusq; narrant, confirmant, confutant, concludunt. In illo gene Quid a re accusator cum ordinem prosequatur, ut singula arctor hie gumenta quasi hasta collata in manu uehemeter proponat, concludat acriter, confirmet tabulis, decretis, testimonij, accuratiusq; in singulis cōmoretur per orationis præceptis, que ad incitandos animos plurimum ualent, & in re iqua orationis parte paululum digrediens cursu dicendi utatur, & uehementius in perorando. Est enim propositum, ut iratū efficiat iudicem. Reo autem omnia secus facienda, cui & sumen Quid da sunt principia ad benevolentiam conciliandam. reus. Narrationes autem amputande que lēdunt, & relin quendam cū sibi tutae non sunt uel molestae. Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda. Perorationes autē ad misericordiam conferenda, de quibus rebus circa confirmationem & conclusionem diffusus tractabimus, nunc ad orationis partes pergamus.

230 EPITOME IN  
DE PARTIBVS ORATIONIS.

CAP. V.

**O**RATIONIS PARTES QIBUS SUPRADICTÆ RES CONTINENTUR, IN ORDINEMQ; DIGERUNTUR, & SINE QUIBUS ORATOR NULLUS SANĒ DICIDEBET, QUINT; CECI ELEMENTA POSUERUNT: INVENTIONEM, DISPOSITIONEM, ELOQUITIONEM, PRONUNCIATIONEM, & MEMORIAM, QUARUM QUAE PRIMÆ TRES A NOBIS DICTÆ SUNT ARTE ET PRÆCEPTIONE PERCIPIUNTUR. POSTREMÆ DUE PARTIM NOBIS A NATURA CONTRIBUTÆ, PARTIM EXERCITATIONE & ASSIDUO USU COMPARARI POSSUNT. EST AUTEM INVENTIO UERBORUM ET RUM APTE NEGOCIJS EXCOGITATIO, HÆC IN EXORDIÙ, PARTITIONEM, NARRATIONEM, CONFIRMATIONEM DIVIDITUR.

**I**NVENTIO CONCLUSIONEM. DISPOSITIO AUTEM EST RERUM EXCOGITATÆ.

**D**ISPOSITIO CONCLUSIONEM. DISPOSITIO AUTEM EST RERUM EXCOGITATÆ.

**E**LOQUUTIO TARUM CONDECENS COLLOCATIO. ELOQUUTIO CARUNDEM UENIA.

**M**EMORIA. NUSTA EXORNATIO. MEMORIAE AUTEM ET PRONUNCIATIONIS PRÆCEPTA SUIS LOCIS REFERENTUR. INVENTIONIS PARTES HE SUNT, EXORDIUM, PARTITIO, NARRATIO, CONFIRMATIO,

**E**XORDIUM COCLUSIO. EST Igitur exordium, quo clara uel subrepens benevolentie captatio sumitur. NARRATIO AUTEM PARTITIO. RERUM GESTARUM, uel ut gestarum expositio. PARTITIO HUIUS PARTIS ESSE POTERIT, SI QUANDO DISTRIBUTAM RECONFIRMATUR COMPLECTITUR EXPOSITIONEM. CONFIRMATIO EST, PER QUAM ARGUMENTANDO NOSTRÆ CAUSSÆ FIDEM, AUTORITATEM, & FIRMAMENTUM ADIUNGIMUS. EAQ; POTISSIMUM ORATORI NECESSARIA. TUNC ENIM ORATORIUM MUNUS CONFECER-

RHETORICAM CIC. 232

conficerimus cum nostra exposuimus & contraria dissoluimus. illa autem per confirmationem, per confirmationem alia sunt. Conclusio est principalium locorum complexio, que omnia quo pacto fieri debent suis deinceps locis prosequemur.

Conclusio

DE EXORDIENDI, NARRANDI,

confirmandiq; preceptis. Ca. VI.

**P**rincipia orationum nostrarum ex qualitate ci-  
vilius questionū cōstituenda sunt, aut enim in  
dubio causa nostra posita est: turpiphonesq; mix-  
ta, in ea benevolentia præparandus est animus audi-  
toris. Aut turpis, ita ut sine infamia defendi nequeat,  
cuiusmodi erat Sexti aduersus Lucreciam, in ea insi-  
nuatione uteatur. In honesto, laude principium extol-  
endum est. In humili, quoniam res parua agitur, at-  
tentum auditorem requirimus. Benevolentia autem  
comparatur, aut à meritis nostris, aut dignitate, aut  
aliquo uirtutis genere et maxime liberalitatis, officij,  
iusticie, fidei. Horum contraria in aduersarios  
conferre debemus, ut si cum his nobis disceptandum  
sit, qui coniurationis causa aut sfp lucri in nos odio,  
offensione, inuidia commoueantur, ea tollendo, mi-  
nuendo, diluendo, extenuando, compensando &  
deprecando. Intelligenter autem & ut attente au-  
diamur à rebus ipsis ordiendum est, ut quales &  
quantæ sint res de quibus nobis sermo futurus est:

Benevolen-  
tia.

Insinuatio  
Attentio.

Docilitas.

**Narratio.** hoc est si à principio materiā caussāq; genus diffiniā  
mus, huicq; narrationem subijciamus. Quoniam ue-  
rō narratio rerum explicatio est, & quædam quæ  
fides & fundamentum constitutio fidei, ea sunt in  
illa maxime seruanda quæ in reliquis etiam dicendi  
partibus quæ partim sunt necessaria, partim ad exor-  
nandum data, nam ut dilucide probabilit̄q; narre-  
mus, necessarium est assūiendaq; est suavis quod fit  
cum in admirationem, expectationē inopinat cœda-  
dam exitus auditorum animos rapimus interpositis  
animorum motibus, colloquijs personarum, dolore,  
iracundia, fletu, letitia & cupiditatibus. Probabilis  
autem erit si à persona, caussa, loco, tempore, mori-  
bus inicium ducet. Continebitq; uerba propria & si  
gnificantia non sordida nec nimis exquisita nec exole-  
ta, sed pura & familiaria. Confirmabimus autem nar-  
rationes nostras & aduersariorum confutabimus, id

**Confirmatio et Con-**  
**futatio.** tribus modis fit, aut enim conjectura aut iure aut le-  
gibus caussam nostrā probamus uel defendimus: per  
conjecturas igitur accusamus uel defendimus sex par-  
tibus, à signo quod à loco tempore, spacio, spe, profi-  
ciendie et celandi accipimus: ab argomento cum tem-  
pora consideramus ubi quando et quo tempore uisus  
fuerit, nūq; sc̄rep̄ius & clamor exiterit an relictū  
aliquid quod iudicet factum, si? Probabile autem est  
quod à caussa, uita, sexu, natione, patria, & tate, educa-  
tione,

**Tres con-**  
**stitutiones**  
**causarum**  
**conieetu-**  
**rārum.**

tione, fortuna, studia atq; affectione sumitur. Conse  
quatio in signis nocentis & innocētis inquiritur hæc  
sunt pallor, rubor, tremor, inconstans. Collatio cū  
solum potuisse facere probauerimus & quas ob res.  
Approbatio autem in testium quæstionum rumorum  
& argumentorum adductione fieri debet. Hæc om-  
nia infirmabimus: si demonstrauerimus nullam rem  
esse que suspitionibus in crimen rapi nequeat: quāq;  
malignus interpres coniecturis deprauare facile non  
possit: Rumores autem facilic vulnus configere et co-  
mitisci solitum: Testibus turpitudinem, questum, me-  
tum, fauorem, spem, similitatemq; obijcimus: questio-  
nibus aut nullam fidem deberi dicemus aut exiguum,  
eo quod credibilia non dixerint & propria ingenij  
commenta non constanter pronunciauerint: quomo-  
do in loco quodq; positum sit. sed neq; tormentis fi-  
dem adhibendam dicemus quod alij alijs patientiores  
in dolore sint et quod ideo tortus dixerit ut finem do-  
loris ficeret. Iudicialiter absolute defendimus uel ac-  
cusamus cum causam nostram probamus natura, le-  
ge, consuetudine, pacto & quo & bono. Assumptive  
causam nostram tubabimus cū per exterrū aliquod,  
& quod nostræ causæ alienum est, nos defendimus et  
tutamur, id quadrifariam sit per concessionem, trans-  
lationem, comparationem & remotionem. Criminis  
concessio sit cum per purgationem uel deprecationē

Fab. Quin  
til. li. 5. c. 5  
& in.

Iudicialis  
absoluta.

Assumpti-  
ua.

nobis ignosci postulamus. Purgatio necessitate, fortuna uel imprudentia haud consulto factum esse arguit. deprecatio licet consulto factū constat, pro prisibus tamen beneficijs ignosci sibi postulat aut officio, nobilitate, uirtute, tutabimur nos. si iudici proponemus & alijs prius in simili causa ignotum fuerit. Et quod nulla ignominia iudex si cum absolverit notabitur. Com paratione ostendimus et necesse fuisse alterutru facere, et id quod fecerimus, satius fuisse facere. Atqui remotio criminis est, quū id quod infertur à se suāq; culpa ui et potestate in aliū remouere reus conatur, idq; duplicitia, si aut caussa aut factū in aliū trāsferatur. Translatiō queritur iure ne crimē in eum transfeatur. an & que magnū sit atq; id quod reus fecisse dicatur aut ea re peccandū fuerit in qua alter ante nō pecauit, et an oporteat de eadē re iudiciū fieri, que in iudiciū non uenerit. Confutabimus rursus cū nec fortuna nec necessario factū aliquid demonstra: musquis atē animi motu se fugisse rationē dicent animi uicio nō imprudentia deliquisse dicentur. Omniū itaq; earum rerū rationes & tempora in mediū adducamus dolo etiam gesta comprobaturi. legali statu caussa nostra firmabitur, si quando ex legum interpretatione defendimus et accusamus, id sex modis facimus, aut enim contrarijs legibus contendimus, dum nostra extollimus & aduersare reprobamus. hoc fit cum una lex ue-

tat

Transla-  
tio.

Legitima  
cōstitutiō.

tat & altera iubet, aut scripto & uoce, dum scriptio  
ris mens cum scripto disidet. uerum qui se scripto tu-  
tabitur, commoditatem breuitatemq; scripti cum lau-  
de explicabit. quamq; detestandum sit à scripto rece-  
dere, id exemplis, rationibus & autoritate euoluet.  
Qui uero scriptoris uoluntatem seruandam dicet, ad  
uersarijs scriptum cum partibus iuris quo pacto alie-  
num sit improbat, iniquum esse dicet scriptum ex-  
literas sequi, scriptoris mentem negligere. In ambi-  
guo autem partibus iuris pro nobis æquum pro ad-  
uersarijs iniquum ostendemus. Ex translatione caus-  
sam tutabimur cum aut immutandum iudicem indi-  
gnum, aut accusatorem, & actionem & tempus af-  
feremus, ut non debemus apud prætorem sed consu-  
lem petere. Ex ratione controuersia constat, cum  
propria lex non reperitur et simili uitimur. Cum enim  
de eadem re nihil scriptum est, ratione pronuncian-  
dum ducimus. Ex diffinitione causa constat cum que-  
ritur quo nomine factum appelletur, ut si rem priua-  
tam è loco sacro quis sublegerit, diffinitione queren-  
dum est an furtum an sacrilegium commiserit: hęc om-  
nia sępe testibus, iure iurando, tabulis, fama & que-  
stionibus deciduntur, uerū omnes eos locos diffuse et  
uberrime tractatos in ueteri rhetorica inueniemus:  
nos que illustriora sunt prosequamur.

Cicero.

## DE ARGUMENTATIONE Q V A

in confirmandis nostris utimur. Ca. VII.

**Locorum****diffinitio.****Argumen-****tum.****Probabile.****Similitudo****Ex contra-****rijs.****Ex pari-****bus.****Signum.****Credibile.****Judicatu-****s.****Religiosū.****Comune.****Approba-****tum.****Compara-****bile.****3.**

**L**oci oratorij quibus ad probandum rem Orator  
luditur, sunt in quibus latent argumenta. Argua-  
mentum autem est probabile signum ad faciendum si  
dem dictioni: hoc à probabili et necessario quærimus.  
Probabile est quod serè solet fieri aut in opinione mul-  
torum positum est, aut quod habet similitudinem quā-  
dam ueri aut falso, ut si mater est, diligit filium. Simi-  
litudo uero contrarijs & paribus maxime spectatur.  
In contrarijs, ut non conuenit ignosci his qui pruden-  
ter nos ledunt, sicut non habere gratiam his, qui ne-  
cessario nobis prosunt. Ex paribus ut talis est homo  
indoctus qualis equus indomitus, nam neq; hic habe-  
nisi, nec ille rationi obtemperare uult, Omne autem  
probabile signum est aut credibile: Signum est quod  
sub aliquo sensu cadere potest. Credibile quod sola o-  
pinione auditoris comprobatur, ut nemo est qui non  
liberos suos incolumes cupiat. Iudicatum tribus mo-  
dis etiam assertur religioso communi et approbatu-  
re. Religiosum est quod iurati legibus iudicarunt. Com-  
mune quod omnes sequuntur & probant, ut maiori-  
bus natu assurgendum esse. Approbatum est quod cū  
dubium esset quale tamen habere oportet homines  
sua constituerunt autoritate. Comparabile autem est  
quod rebus diversis similem aliquam rationem ima-  
gine

8ine collatione uel exemplo continet. Imago corporum autem naturarum similitudinē demonstrat. Collatio est oratio rem cum rei similitudine conserens. Exemplum rem autoritate aut casu alicuius hominis uel negotij firmat. Necessaria argumentatio per conclusionem, simplicem enumerationem uel complexione tractatur. Complexio est in qua utrum concesseris semper alterū reprehenditur, ut si improbus est quorū uteris? si probus quorū accusas? Enumeratione in qua pluribus expositis et ceteris infirmatis una relinquitur, quae necessario confirmatur. Conclusio ex necessaria cōsecutiōe cōficitur ut uos hoc me fecisse dicitis, ego tunc trans mare fui, relinquitur ergo, ut nō modo non fecerim sed nec idem facere potuerim. Ex his igitur locis et similibus omnis argumentatio probabilis et necessaria per ratiocinationem elicienda. Est autem ratiocinatio oratio ex ipsa re aliqd probabile colligens, ea partibus quinq; cōstat expositiōe: expositio-  
 nis cōprobatiōe: ratione cōprobatiōis exornatiōe et cōplexione. Expositio est qua summati pponētes ostē dumus qd deinceps probare uolucrimus. Exornatio est qua utimur rei honestāde uel locupletāde causā: hæc exēplo, simili, rebus iudicatis, amplificatiōibus et exornatiōibus cōstat. Cōplexio est quæ breuiter cōclu-  
 dens expedite partes argumētationis cōplectitur. uerū si expositio perspicua est, comprobatione et ra-

Collatio:  
Exemplūs

Necessaria  
ria argua-  
mentatio.  
Cōplexio:  
Enumera-  
tio.  
Cōclusio.

Ratiocina-  
cio et eius  
partes.

Plura sup-  
hac re  
Eras. in zo-  
copie.

tione super sedemus, ut si summopere sapientia appetenda est, maximopere stultitia uitanda erit. Quod si causa parum locuples fuerit, exornatione utemur. Vicia autē hec in exornatione uitanda sunt, ne quod ab aliquo sit ab omnibus fieri dicamus, néue qd' raro sit nunquā fieri ostendamus. Rationes non cōuenientes exornationi uitiosae sunt que nec necessarie necq; probabiles sunt, neq; idem dicunt quod in expositio ne dictum est, uel que alteri causae conueniunt.

Rationes  
uitiosae.

Ad Heren  
in 2. ca. 7.

CVIVSMODI TANDEM IN DIS-  
ponendo & per uniuersam conclusionem am-  
plificando, conquerendo & enumerando  
leges seruare cōueniat. Ca. VIII.

Disponen-  
diratio du-  
plex.

Conclusio  
triplex.

**D**ispositionē eam esse diximus que inuēta in certa loca digerit, illa duplex est: altera artis p̄cepta imitatur, partim orationis et argumentationis ordinē seruans, Et leges quoq; exordij et singula que que membra ex p̄ceptione collocās, altera autē cāsum temporis sequitur, ut si à narratione uel firma aliquā argumentatione orationem incipiamus, cui aliquid narrationē si ratio postulat subdamus, Si causa nostra magnā uidetur habere difficultatē, ut sine mo aequo animo principiū audire possit, à narratione incipiamus. Si narratio parū probabilis, ab aliqua firma argumentatione exordiemur. Conclusio autē existens est & determinatio totius orationis, hæc tripara-  
tita est.

Constat

Constat enim amplificatione, conquestione et enumera-  
tione. Amplificatione concludimus cum per exhortationem auditoris animū ad indignationem concitamus, Cuius primus locus cōmuniſ ab autoritate sumitur. cum ostendimus quantæ curæ ea res dijs immoratalibus fuerit. hoc autem ex sortibus, oraculis, uaticinijs, responsis, ostentis, prodigijs, regibus, sapientissimis hominibus, senatu, populo, legum scriptoribus sumitur. Secundus ad quos pertineat, quæve bona attinet cōmemorat. Tertius quod si omnibus idē concedatur multos eiusdem audaciae futuros, exēplo aperi-  
et. Quartus exēplo etare suadet quid statuatur, ut illius exēplo audacieores et impune ad maleficia plures accedat. Quinto, cæteras res cōſilio ctiā ubi acciderint corrigi posse, hoc nisi puidetur, ne accidat, frustra auxilia implorari. Sexto uoluntario facinori haud ue-  
ni am tribuendā, imprudentiae non unquā concedi cōuenire. Septimo maleficiū tetrū, crudele, tyrannicū, uicti manu gestum, ab equo etiure alienū ostendemus. Octavo ab immanissimis barbaris & besijs remotissimum ostendetur, cum factum dicetur in maiores na-  
tu, in hospites, in uicinos, in amicos, in eos quibus cum uitam egeris: in mortuos claros, ac nobiles, in eos, qui neque alienum iedere, neq; se defendere potuerūt. Nono cōparatione hoc atrocius demonstratur. Decimo quando quæ ante rem in re, et post rem sunt.

Amplifica-  
tionis loci  
cōmunes.

**Conquestione mo-  
ueri ad mi-  
sericordia  
animos au-  
ditorum,**

colligimus. Undecimo iniuriæ contumeliam iunctam demonstrabimus. Duodecimo oramus qui audiunt ut iniurias suas ad res nostras referant. Postremo dicens inimicis nostris et hostibus quæ nobis acciderint indigna uideri. Conquestione autem utemur cum auditoris animum ad misericordiam mouemus: Cuius primus locus est per quem, quibus in bonis fuerit, et quibus in malis nunc sit, ostenditur. Secundus in tempora distribuetur, quum per quem, quibus in malis fuerit, et quæ futura sunt consideratur. Tertio carpit in unuquodque deploramus incommodum ut sunt in morte filij, pueritiae delectatio, indolis solacium, educationes et spes de illo concepta. Quarto res turpes, huic miles, et illiberales proferuntur. Quinto preter spem in miserijs demonstrabimus esse. Sexto preter merita in luctu miserios positos apperiemus. Septimo oramus ut eorum qui chari sunt cum eos uiderint recordentur. Octavo modum quo crimen admissum est et factum declaramus. Nono quod oportuerat factum, non esse factum, ut non extreum spiritum eius acceperit, non sepulchro condidi. Decimo quin ad mutas et expertes animires refertur oratio. Undecimo, inopia, infirmitas, solitudo demonstrabitur. Duodecimo liberorum aut parentum aut sepeliendi corporis sui fit commendatio. Tredecimo, disiunctio eius cu quo libenter uixeris deploratur. Decimoquarto, quod ab his

ab his quibus minime conuenit male tractemur. De<sup>2</sup>  
 cimoquinto, humili & supplici oratione oramus, ut  
 nostri misereantur. Sedecimo, non nostra, sed Rei=pub., & eorum qui nobis chari sunt, incommoda de=ploramus. Ad extremum animum nostrum in alium,  
 misericordem, amplum, excelsum, & patientem in=commodorum significamus. Enumeratione autē con cludimus cum ordine colligimus, quibus de rebus uer bā fecerimus, ubi à confirmatione uel ipsa etiam diui= ficium.  
 sione sumemus inicium: hæc uarie tractabuntur, ut  
 artificij suspicionem: tedium & facietatem effugere,  
 memoriam reficere uideantur. Et quod contra aduer sarium dixeris ita ostendetur, ut confirmationis & reprehensionis iteratione memoria redintegretur.  
 Enumerare autem poterimus ex nostra persona, tum uero personam aut rem aliquam inducere, aut quid quoq; loco dixerimus admonere, alias quoque argumen tationes singillatim transire, alias ab auditore que desideret querere, alias contra facere per com parationem sententiarum, & contrariarū argumen tationum. In enumeratione autem eligatur illud quod Commune erit grauissimum. Et hæc de primis duabus orationis præceptū partibus diximus, que formam & substantiam eius in enumera cōstituunt. nūc de tertia sermo nobis futurus est, que ratione magis rhetorem q̄ oratorem exposcit, uerba enim et materiam orationis & eius elementa respicit.

## DE ELOQ VVTIONIS TRIPLEX

*cifigura, aptaq; uocū per singulas ora  
tionis partes compositione.*

## CAP. IX.

Eloquentio  
nis figura  
triplex.

Vitia.

Elegantia  
quid sit.

Latinitas.

Solœcismus.

Barbarismus.

Explanatio-

Composi-

**F**orma eloquutionis triplex est: Grauis, que materia & personarum qualitate graui & magna constructione uititur. Mediocris est humiliora non tam en infima inserens. Attenuata, quæ usq; ad purum & quotidianum sermonem descendit. Sunt autem uicia ijs proxima uitanda: suffulta enim & turgida, disoluta, fluitans et exanguis arida oratio detestanda est, quæ fugere poterimus, dum ad orationis dignitatem, compositionem, & elegantiam respexerimus. Elegantia est, quæ unumquodq; pure & latine facit, ea in latinitatem & explanationem distributa est. Latinitas sermone, prolatione, & scriptura puram & con gruam seruat structuram. Illa barbarissimum & so loecissimum uitare docet. Solœcismus est, cum uerbum sequens superiori non accommodatur. Barbarismus cum uerba uitiose proferimus. Explanatio usitatis uerbis & proprijs apertam & dilucidam reddit orationem. Usitata dicuntur, quæ quotidiana & trita do torum consuetudine agnoscuntur. Propria, quæ illius rei uerba sunt aut esse possunt, de qua loquimur. Compositio Compositio est lepida dictionum complexio, que hictio quid. atu & trajectione partes eloquutionis æqualiter distingue-

finitas ordine & iunctura perpolitas facit, hanc ser-  
 uamus, si in cunctis sonoritatem, concinnitatemq; te-  
 nebimus: hoc fieri potest, si literas, syllabas, dictio-  
 nes, & orationes considerabimus. In literis quidem,  
 si dictio alteram, aut à uocali incipientem, in quā  
 præcedens terminata est, maximeq; si a, uel e, uel o  
 eruitabimus. In syllabis uero similes concurrentes à Utilissima  
 se incipientes, aut terminatas, aut alteram ab ea in cōpositio-  
 qua prior terminata fuerat originem trahentem. nisi præce-  
 Indictionibus aut sibi obuiantes, aut concurrentes. pta.  
 Sed ut sint longæ, suaves, sonoræ, eleclæ, aptæ, com-  
 mode, propriæ, concinnæ, aut nimis prolixæ, hi-  
 ulcæ non suspensæ, sed splendentes, & significan-  
 tes, ac que legentium aures, animosq; mulcere pos-  
 sunt. At quoniam orationis partes plures sunt, ne-  
 cessè est, ut quomodo obseruandum hoc sit aperia-  
 mus. Primo quidem, ut inter adiectuum & substan-  
 tiuum aliæ dictiones non nimium distantes interpo-  
 nantur. Deinde, ut oratio potius ab adiectuis,  
 aut trium generum, aut paucorum, quam à substan-  
 tiis exordiatur. Genitius uero semper præpo-  
 natur, & ab obliquis in rectum constructio fiat,  
 nisi orationis sonoritas id non optarit. Tempus ue-  
 ro rectius in accusatiuo, quam ablatiuo ponatur.  
 Et oratio ablatiuo absolute fruatur: eo enim com-  
 posita, decorum affert & breuitatem, atque haec in

pronominibus non minus seruanda sunt. In uerbo ob-  
 Elegantia seruabimus, ut frequenter in clausulæ fine ponatur,  
 in uerbo. nisi aliquod impedimentum attulerit: interdum con-  
 sulendum est, ut aut in principio, aut in medio, et id  
 raro ponatur. Prime autem et secundæ personæ uer-  
 bo nomen præponere cauebis, nisi sonoritas id postu-  
 larit, at uerbum quidem pro uerbo ponere fas est ad  
 maiorem sermonis uehementiam, nonnunquam Poë-  
 tarum more uerbum amittere licet, idq; cum interro-  
 gatione semper subaudiendū est. Et rursus quod per  
 subiunctivum cum quod coniunctione dici possit re-  
 tius per infinitivum sine quod exprimi debet. At par-  
 ticipia, gerundia, supina, more Græco nominis et uer-  
 bi dignitatē nonnunquam seruare debent. Oratio  
 quoq; ab eis composita pulchrior et brevior est, ut  
 Prepositui in nomine de ablatiuis diximus. Præpositiones ut plu-  
 ones a, ab, rimum inter adiectiva et substantiva collocentur.  
 abs, uide Ab uero cum dictionibus à uocali uim consonantis ha-  
 in Valla. bente, aut liquida, uel ab a incipientibus iungatur.  
 Abs uero nisi cum t uel q. Sed a cum alijs. Cum uero  
 ablatiuo relatiuo postponi debet. Et aduerbia que-  
 dam simul iuncta ad orationem augendam profunt.  
 Ne uero cum quidam semper iungatur, et etiam ad  
 animi affectum, uehementiamq; indicandam gemine  
 tur, sed oratio mœsta, tristia uerba requirit, ludens la-  
 sciua, irata plena sit minarum, et scuera grauia con-  
 tinetur.

tinebit. Nunc autem quoniam compositionis præcepta Generale omnia hic prosequi longum esset, de orationis præceptū dignitate posterius nobis differendum est. in oratione.

## DE ORATIONIS DIGNITATE

per octo exornationum genera com-

paranda. CAP. X.

**D**ignitas ornatam orationem & uerborum & sententiarum decore distinctam reddit. Sen- Exornatio tentiarum autem exornatio est, que de rebus ipsis di sententia= gnitatem quandam comparat, eaq; uerborum & ser rum. monis ipsis perpolita continetur gravitate. Prima autem uerborum exornatio in uerbi iteratione est, ca in octo partes distributa est. Repetitio uerbum, prin Repetitio. cipio iterat, ut quis amoribus exarsit? quis Helenam rapuit? quis igne ferroq; cadentem Troiam deleuit? Alexander profecto qui Paris dicitur. Conuersio fi ne uerbum repetit, ut Italianam Hannibal armis uicit, ingenio uicit, dolo uicit. Complexio principio & fine Cōplexio. uerbū iterat, ut quis Carthaginem delcuit? Po Rho. Quis Numantiam euertit? Po. Rho. Quis Corinthū sustulit? Po. Rho. Quis socios seruauit? Po. Rho. Quanta igitur uirtutis extiterit, qui & amicos sount, & hostes perfregit, considerate. Traductio eandem Traductio dictionem uage collocat, & qui nihil habet in uita iu- cundius uita, is cum uirtute uitam non potest ducere. Conduplicatio conduplicatio est unius aut plurimorum iteratio cū catio.

ratione amplificationis, ut uirtutem Scipionis uirtute  
 Commuta tem & huius urbis gloriam commemorat. Commu-  
 tatio est, cum duæ diuersæ sententiae ita efferuntur, ut  
 à priori posterior contraria priori profiscatur, ut  
**Gradatio.** esse oportet ut uiuas, non uiuere ut edas. Gradatio est  
 quæ non ante ad consequens uerbum descendit, quam  
 ad superius reuersum est, ut si hostibus quod libet li-  
 cet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, et  
 quod audent faciunt, nihil laudis aut glorie nostris ci-  
**Subiectio.** ubus relictum est. Subiectio est, cum, quod aduersum  
 nos aduersariosq; nostros dici potest, querimus, &  
 quod dici oportet, sic subiçimus, Eum ne tu hominē  
 esse putas, qui si homo esset, nunquam sic hominis ui-  
 tam insectaretur?

DE SEPTEM ALIIS EXORNATIONUM  
 figuris, quibus non eadem quidem  
 repetuntur uerba, uerborū  
 tamen uis exprimitur.

CAP. XI.

**E**xornationes reliquæ septem sunt, quibus non  
 uerba eadem, sed uerborū uis effertur, aut uer-  
 bum pro uerbo ponitur. Earum prima agnominatio  
 dicitur, quæ disimilibus rebus similia uerba accom-  
 modat, ut diligere oportet quem uelis diligere. Inter-  
 pretatio non iterat, sed redintegrat uerbum, ut mœ-  
 ria radicitus deiecit: muros solo æquauit: parietes  
**Agnomini-**  
**natio.**  
**Interpreta-**  
**tio.**

huius urbis funditus euertit. Nominatio est, que minus idoneo uerbo nominat id, cuius nominis non retinatur, ut mugire, hinnire, uagire. Pronominatio Pronomen est, que cognomine quodam extraneo dicit, quod suo nomine appellari non licet, ut si quis Grachos Africani nepotes nominet. Denominatio est, que à rebus propinquis & finitimis trahit orationis originem, natio. Quia possunt intelligires non suo nomine appellatae, ut pro libero uinum, pro Cerere frugem, aut ebur, argumentumq; prodixiti. Abusio pro certo & propinquo simili utitur, ut pro orare obsecrare, supplicare. Translatio est, quum uerbum ad quandam rem trans fertur ex alia re: quod similitudine recte uidebitur posse fieri, ut tumultus Italiam expreffecit. Fit breuitatis cauſa, ut urbem subito extinxit: obſcenitatis translauitandæ gratia, ut, quotidianis nuptijs delectatur: tioni. augendi cupiditate, ut, nullius urbis calamitas istius explore potuit inimicitias: minuendi animo, ut, paullum in rebus dissimilibus expirauit: ornandi ardore, ut, que malicia nocentum exaruerunt, optimorum uirtute reuirescent.

### DE ALIIIS Q VIBVSDAM exornationibus.

#### CAP. XII.

**N**unc iam de tredecim exornationibus que simplices & sine admixtione sententiarum suae

- Articulus.** rioribus tamen diuersæ supersunt, dicendum uidetur.  
Earum prima articulus est, qui singula uerba cæsa oratione distinguit, ut, armis, cruore, cadaveribus, & luctu omnia complentur. Similiter cadens similibus casibus orationem dissimilium interpositione exornat, ut uirtutem iugiter explorantem, & assiduis curis extollentem laudas. Similiter desinens uerborum exitus similes dissimili medio habet, ut uiuis gloriose, delinquis ambitiose. Correctio est, quæ tollit quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum uidetur, reponit: ut, nisi hæc fecisset, ino excogitasset, nullam suspicionem reiecerisset. Disiunctio diuersa diuerso uerbo concludit: ut, Po. Rho. Numantiam deluit, Carthaginem sustulit, Corinthum disiecit. Coniunctio interpositionem uerbi superiores partes complectitur, & inferiores, ut, formæ dignitas & morbo deflorescit, & ueritate. Adiunctio aut principio, aut fine uerbum collocat. Dissolutum est, quod sine coniunctione profertur, ut clamoribus, ullulatibus, ædes resonabant. Circuitio rem simplicem assumptam circumscribit eloquitione, ut, Scipionis uirtus, Carthaginis opes perfregit. Transgressio est, quæ perturbat uerbio. Superlatio tūna ualuit, & fecisse tuum meo pro animo. Superlatio est, oratio augendi, minuendiue caussa superans ueritatem, ut, sermo melle dulcior, corpus niueum, igneus

igneus ardor. Intellectio est, cum res tota de parua. Intellectio  
 parte, aut de toto pars cognoscitur, ut, num illae terti-  
 bie nuptiales à scelere arcebant? & ostentas mibi di Permutati-  
 uias tuas, cum annulum tantum ostentas? Permuta- onis par-  
 tio est oratio, aliud uerbis, aliud sententia demonstrās, tes tres.  
 fitq; uel à similitudine, ut, lupus est in fabula: uel per  
 argumentum, ut quum Gracchum uel Numitorum di-  
 cemus: aut per contrarium, ut si quando absoletum,  
 prodigum, luxuriosum, parcum, & diligentem appellam-  
 bus. Reliquæ exornationes multitudine uerborum  
 constant. Earum prima ratiocinatio dicitur, & est Ratiocina-  
 cum ipsi à nobis rationem cuiusq; exposcimus, ut in-  
 re militari & medica eodem modo res se habet. Quo  
 enim Dux & medicus antiquior, eo melior creditur,  
 quoniam usu & consuetudine, que uictoriæ & salu-  
 tem parere confuerunt, optime norunt. Sententia Sententia.  
 quid sit uel esse oporteat in uita, expositione sola uel  
 ratione & probatione etiā ostendit, ut, domat omnia  
 uirtus. Contrarium alterum ex rebus contrarijs sic Contrariū  
 facile confirmat, ut, qui non suis hostibus, quomodo  
 alienis consulat? Membrum est res breuiter absolute Membrum  
 sine sententiae perfectione, dum alio membro oratio-  
 nis accipiatur, ut, tuis dolor, alienis ludibrio, tibijpsi  
 dedecori eras. Complexio periodus, & continuatio Cōplexio.  
 appellatur: hæc sententiae contrario & conclusioni  
 tantum conuenit. Compar membra habet pari ferè Compar.

- Exclamatio.** numero sillabarum, ut audacia Alexandro gloriam comparauit: sapientia Platoni laudem uendicauit.
- Occupatio.** Exclamatio est, quæ ultra rerum atq; personarū com memorationem in significationem doloris prorum= pit: ut si parietes nostri loqui possent, uel reddere ui= uas uoces, parietes nostros intueremur, dicerent ur= bem præclaram, quam gentium dominam esse scimus uos oppressam & subiectā restituisse. Contentio con trarijs sententijs orationem conficit, ut, radices lite= rarum amaræ, fructus uero dulcissimi sunt. Occupa= tio est, cum dicimus nos præterire, aut non scire id, quod maxime dicimus: hac exornatione uteatur, cū res plana fieri non potest, uel ad nos non pertinet, uel dum longam & ignobilem rem effugere uolumus, ut, non dicam te urbis nostre hostem omnes bonos inse= ri, & quod ad te non attinet præteribo, templum te religionis & urbis huius caput euertisse. Permissio est, cum dicendo aliquam rem toti alicuius uoluntati condonare uidemur, ut cum præter animam nihil re= dubitatio licet sit, ea utilibet ut amini. Dubitatio est, cū que= rere uidetur Orator, quid potius aut potissimum di= finitio est, ut, quem te moribus tuis appellem, nescio. Defini= tio est, quæ proprias alicuius cōplectitur potestates, Trans= latio est, quæ cum breuiter ostendit quid dictum sit, paucis etiam quod sequitur demonstrat, ut, meam in Casarem

Cæsarem fidem cognoscitis, nunc eius in me perfidiæ  
am accipite. Expeditio, quæ rationibus pluribus enu= Expeditio  
meratis, quibus aliquares fieri uel non fieri potuerit, in cōiectu  
cæteræ tolluntur, & una relinquitur, ut si nec ab uxo ral. utilissi  
re, quæ amore & pietate præpedita, nec à nepote qui ma.  
in bello interfactus erat, domi à crudelissimo liberto  
mors illata est. Præcisio est, cū dictis aliquibus, quod Præcisio.  
ceptum est dici in animo audientium relinquitur, ut,  
tu hec audes dicere, quæ nuper alienæ domui non au=  
sim dicere, ne quum te digna dixero, me indignū quip  
piam dixisse uidear.

## DE COLORIBVS SENTEN

tiarum. CAP. XIII.

**D**istributio est, cum res, personæ, & nego= Distribu  
tia certa disperiuntur, ut quibus Reipub. ho= tio.  
nor curæ est, præmia, uirtuti, poenæ sceleribus repen  
dite. Licentia est, cum apud eos quos uererri debemus, Licentia.  
aliquid audacius proferimus, ut, quod omnibus ludi=  
brio estis, nō ab re censeo & quissimi patres: cæterū ne  
quæ tamē offendamus, statim subiungimus: hic sapien  
tiam uestram inquiero. Diminutio est, cū aliquid inesse Diminutio  
nobis naturæ, fortunæ, uel in iustitiae ratiōe leuamus,  
ut cū summa uigilātia fortuna cōmoda, animi q; bona  
& parētibus mibi & natura forma cōdonata, cōsequi  
& tueri studuerim, mediocriter ex his, ne nimium di=  
xerim, consequitus sum. Descriptio est, quæ rerum descriptio

consequentium perspicua & lucida cū grauitate con-  
tinet expositionem, ut, nisi istum iudices capit is reum  
damnaueritis, ferat truculenta uos ciues, ut timeo, ua-  
stabit, quare iudices saluti omnium & honori nostro

**Divisio.** consulite. Divisio est, quae rem semouens abs re utran-  
que absoluit oratione adiecla sic, aut ueneno, aut fer-  
ro, uel ligno, lapidibus, uel alia re uitam hominis in-

**Frequenta** uasit. Frequentatio est, cum res in tota causa disper-  
sa in unum locum coguntur, quo grauior, acrior et cri-  
minosior sit oratio, ut, hunc iudices liberare cupitis?

**Expositio** improbus, petulans, infestus, impius, superbus, et in-  
tolerabilis est. Expositio est, cū in codem loco mane-  
mus, & aliud atq; aliud dicere uidemur: eandē tamē  
rem, aut de eadem re commemorando, pronuncia-  
do, uel tractando dicimus. pro eadem re propo-  
sitionem, rationem, comprobationem, contrarium, simi-  
le, ac conclusionem afferentes. Commoratio est, cum

**Commora** in eodem loco firmissimo, quo tota res continetur, im-  
moramus diutius, & in eundem locum redimus sepi-

**Similitudo** us, quod est boni oratoris proprium. Similitudo est  
oratio traducens ad rem quam pīā aliquid ex dispari  
simile: fit autem per contrarium, ut imperium admī-  
nistre & palestræ ludum, contrario modo se ha-  
bent: fit & per negationem, ut non sic in amicitia si-  
cut in certamine currendi se res habet, ubi nouus uete-  
ribus præponendus est. Item fit per collationem, ut  
poëticæ

poëticæ fermè comparationes sunt: sit per breuitatem, ut cum audacissimi cuiusdam factum reprehendere oratoris uolumus, bene ornato, sed in concinno & malo ciuharædo comparamus. Exemplum est ali- Exemplū.  
cuius facti uel dicti cum certi autoris nomine proposi-  
tio: & iisdem ferè modis, quibus similitudo sumitur.  
Imago est formæ cum formâ quadam similitudine col- Imago.  
latio laudis uel uituperationis causa facta, ut, ibat in  
prælium corpore tauri ualidissimi, impetu leonis. Vi-  
tuperij sic, tanquam fæta ursa aut immanis draco ser-  
pit per forum. Effigie est, cum facies corporis uerbis Effigie.  
describitur, ut erecta fronte, ludibruis oculis, adun-  
cis naribus, sparso ore gestit. Narratio est, cum alicu Narratio.  
ius natura certis describitur signis, utputa cum glo-  
riosi militis iactantia commemoratur. Sermocinatio Sermocina  
est, quādo persone sermo cū ratione dignitatis attri-  
buitur, seneq; parcigravitate, ioco & ludo iuuenes  
ac rerū profusione delectari commemorantur. Con Confirma-  
firmatio est, cum aliqua uel quæ non adest persona, tio.  
uel res muta, et informis, eloquens & habens formā  
introducitur, ut si Scipio reuiuiscat, diceret: Ego ur-  
bi pacem peperi, uos bella concitasti. Demonstratio Demonstra-  
est, cum ita res uerbis exprimitur, ut geri negocium, stratio-  
& res ante oculos afferri uideatur, ut pila emittunt,  
se se umbone contegunt, gladijs cominus certant. Bre Breuitas.  
uitas est, cum res tantum uerbis expedita dicitur.

Conclusio est, que breui argumentatione ex his quo  
ante habita sunt, quod necessario sequatur colligit.  
Et hoc quidem modo se habent, que in ratione dicen-  
di copiam, dignitatem, et grauitatem nobis facile affer-  
Vsus p̄r̄ re possunt, si ea assida exercitatione, usūq; confir-  
cepta con- mauerimus. In his enim tanquam ornamentis eloqui  
firmat. tionis, et suavitatis, et grauitas comprimis consistit,  
que ad inuentionem, et ad communes locos, et argu-  
menta narrationis accommodari debent. Nunc de-  
mum ad extremas orationis partes ueniamus, que  
non orationem ipsam, sed aliquod eius extrinsecum,  
hoc est, enunciationem et ordinem respiiciunt.

C V I V S M O D I E V M Q V I D I C T V  
rus est, et pronunciando per singulas  
orationis partes, et in agendo  
præcepta uelut in numero  
to habere conueniat.

## C A P . X I I I .

Pronunciatio est uerborum digna prolatione re-  
bus et sensibus, moderatione uultus et corpo-  
ris accommodata, nihil turbide, et adhæse, barbareq;  
admittens, syllabarum mensura, et earum legitimo  
accentu seruato. Quea quantā laudem oratori affer-  
re possunt, uel eo maxime intelligi potest, quod indo-  
cta etiam et trunca oratio, clare tamen et elegan-  
ter pronunciata, doctas aures reficit, et auditorum  
animos

animas penetrat, rapit, & erigit, uerum expolita ui-  
cissim alia & elegans, si indecenter proferatur, con-  
temptū & irrisio[n]ē meretur. Maxime igitur oris no-  
struicia emendāda sunt, atq[ue] ante omnia diligenti cu-  
ra nobis seruandū, ut lingua et ore magis quam labijs  
& dentibus loquamur. Apto & leni labiorum motu  
non profusis, distentis & projectis rictibus, uel infla-  
tis & frendentibus faucibus. Neq[ue] hiante uel anhelan-  
te spiritu, uerum sedata maxime (quae fermè omnibus  
barbaris peculiaris est) immanitate uocis, & tor-  
tura labiorum, cum sibilo & stridore dentium: la-  
bia etiam aut lambere, aut mordere, pueriles ineptiæ  
sunt, multumq[ue] uenustatem dicentis deformant. Clara  
igitur uoce, & recta facie, nec supino nimis aut ele-  
uato uultu, uel defixis in terram oculis, nec inclinata  
ceruice, & dimissis supercilijs pronunciandum est.  
Eradenda insuper prout sermo depositit, uerecundia  
& emasculanda frons est. Sic enim uox & gestus suæ  
semper caussæ conuenire uidebuntur. Ipsa quoq[ue] ora-  
tio à pronunciantे sanguinem & uitā accipere com-  
probabitur. Principia uero de pressa maxima uoce di-  
cemus, ne lædantur arteriæ, si antequam uox bene  
permulsa est, acriore clamore complentur. Conue-  
nit autem longis interuallis uti, his enim spiritus & quomodo  
uox recreatur, & arteriæ requiescant. Paulatim etiā pronunci-  
& sensim spiritum, animamq[ue] intendere debemus, anda-

dein uocem eleuabimus, continuum clamorem obmit  
 tentes, & ad sermonem reddentes, aliquando tamen  
 commutations gratæ auditori sunt. Vitare autem  
 oportet acutas uoces & exclamations nimis attenu-  
 atas, quoniam his & uulnerantur arteria & crebro  
 isti leduntur. Conseruat porrò uocem continui claz-  
 moris remissio, & uarietas maxime auditorem dele-  
 etat, sermo enim animum eius retinet, & clamor ex-  
 Præcepta uscitat. Vitanda est item in clamore uox, quæ illibera  
 clamoris. le quiddam habeat, & ad muliebris potius uocis ora-  
 tionem quam ad virilem dignitatem dicendo accom-  
 modata sit. Suauitas uero maxime seruanda est per  
 totum orationis nostræ filum, & contextum, quinq;  
 sermo in dignitate est, plenis fauibus sedatisima. ¶  
 Circa de- depressissima uoce uti conueniet. Cum autem in demon-  
 monstrati stratione est, uoce paululum attenuata crebris inter-  
 onē inter- uallis & diuisionibus uti oportebit, ut ipsa pronun-  
 ualla. ciatione eas quas demonstramus res inserere atque  
 In narrati intersecare in animo auditoris uideamur. Atquisi-  
 one uarie- mo in narratione est, uocū uarietate opus est, in qua  
 tas. ut quodq; gestum est, ita narrari uideatur, factum ce-  
 leriuscule dicemus: deinde modo acriter, modo cele-  
 riter, mœste alias aut hilariter: in omnesq; partes  
 nos commutabimus, si qua inciderint in oratione di-  
 eta, rogata, responsa, & admirations: diligenter  
 animaduertentes, ut omnium personarū sensus atq;  
 animos

animos exprimamus. Sin erit sermo in iocatione, le= Inter iocā  
 niter tremebunda uoce cum parua significatione ri= dum iucun  
 sus sine illa suspicioē nimiae cachinnationis, nobis a= da lenitas.  
 gendum est. Leniter enim oportebit à sermonе serio  
 torquere ad liberalem iocum uocem. Cum autem con In conten=   
 tendere oportebit, uocem iungere, et torquere sonū, tione leni=   
 celeriq; clamore uerba confidere nos decebit, ut uim tas et cla=   
 quandam orationis uociferatio habere possit. In ex= mor.  
 clamationibus autem clarissima uoce et longo spacio  
 umentur. in cohortatione uoce attenuatissima, leui so  
 no, & equabili & commutationibus crebris utendū Circa ex=   
 est. In conquestione uoce depressa, inclinato sono, hortatio=   
 crebro spacio, longo intercuallo, magnis & uchemen nem et cō=   
 titibus pronunciationibus oratio exprimenda est. Mo questionē.  
 tus autem corporis & moderatio uultus maxime pro De motu  
 nuncianti conuenit, quod probabiliora reddit ea quæ corporis.  
 pronunciātur. Seruabimusq; hic maxime in uultu pu  
 dorem, & acrimoniam, in gestu uenustatem, uitabi=   
 mus conspicuum, & turpidinem maxime in uultu,  
 ne uel nobis plus quam deceat gestu arrogemus: uel  
 bistriones aut uiles operarij esse videamur. Cum igitur Etiam ma  
 tur sermo in dignitate est, stantes in uestigio leui dex= nus loqui  
 tre motu loqui oportebit hilaritate, tristitia, medio= uidentur.  
 critate, grauitate uultus ad sermonis sententias ac=   
 comodata. Sin erit in demonstratione sermo paululū  
 corpus à cervice demitteremus. Si in narratione, uultus

## 253 EPITOME IN RHET. CIC.

quandam debemus significare hilaritatem. Sin autem  
tem contendimus, brachio celeri, mobili uultu,  
acri aspectu utemur. Item applausione  
pedis dextri, proiectione brachij,  
acri et defixo aspectu uti  
oportebit. In conque  
stione fœminco  
plangore  
**c**  
capitis  
ictu et con=  
turbato uultu. In  
cohortatioē tardiore ora  
tione et miserabili humiliq; gestu  
utendum est.

M. IO. 211

M. IOANNES MENTZINGERVS

252

ingenioso, optimæq; spei adolescenti,

Vuolfgango Mentzingero

germano fratri, S.D.

**M**emory, quam D. Augustinus nunc animum, Augusti-  
nunc animi uentre uocat, cuius amplissima nus.  
sit aula, & comprimis admiranda, maxime profecto  
necessarium uitæ bonum, & non eloquentie tantum  
thesaurus, uerum etiam lumen quoddam naturæ, re= Memoria  
rumq; omnium recte perhibetur, & custos artium, laudis,  
ingenij signum, atq; ut Cicero putat, insigne diuinita-  
tis argumentum, id. oq; in pueris nihil prius, nihilq;  
frequentius exercendum esse, quam memoriam, præ-  
cepit fidelissimus optimi imperatoris preceptor Plu-  
tarctus, quod illa sit eruditioris ueluti ταχεῖον. Quo  
argumento confictum ueteribus credunt, Musarum  
matrem esse, diciq; Mnemosynen. Monuit hoc idem  
doctissimus formande pueritiae artifex Quintilianus: Fabius  
subinde suadens, ne primum statim per damus iepue,  
atq; eò minus, quod initia literarū sola memoria con-  
stant, que non modo iam est in paruis, sed tum etiam  
tenacissima est: ea uero precipue firmatur, & aliter  
exercitatione, atq; in teneris ætatibus, que nihil dum  
ipse generare ex se queunt, propè sola est, que inua-  
re curā docentium poscit. Atqui Deum immortalem, Memoria  
quam facile esset, exira omnem molestiam, citra labo= negligens

rem et negotium, dilatare memoriam, ea maxime etate, que, quia non expendit, laborem nullum sentit, tam strenue et fortiter illam negligimus, eousque, ut quae per se maxime fragilis est in homine, casibus etiam et iniurijs exposita plurimis, eam ipsis quoque otio et labore exarescere in nobis sinamus, postremaque; omnino in studendi ratione memoriae curam habeamus, quam primam esse oportebat. Redeat igitur aliquando apud studiosos suum etiam memorie pretium, occepit illa locum, quem apud maiores nostros habuit proprium. Nos sane pro illa artificiali memoria, quam hoc loco prosequutus est CELTES, non sine consilio, precepta quaedam reposuimus iuuandae memoriae, que studiose iuuentuti proderunt plurimum, si modo ea in exercitationem, ex qua consuetudo gignitur, adduxerint: illam uero artificialem, quam nimis breuiter hic CELTES descripsit, iusto dicata dele gatamque libello uolumus. Vale frater, et hec utilissima sane precepta cum ceteris Com

Vfus. militonibus tuis, usu, qui magister egregius est, sermonisque adeo Rex et Prin ceps, sedulo exerce.

Memorie

# MEMORIAE

NATURALIS CONFIRMANDAE

præcepta quedam utilissima, & ex opti-  
mis quibusq; autoribus  
deprompta.

**M**emoria est firma animi, rerum, & uerborū,  
ipsiusq; ad cō dispositionis perceptio. Eā du-  
plex est: Naturalis alia, alia Artificialis.

Hæc quia ex locis constat & imaginibus, atq; hæ  
quidem ex similitudinibus rerum & uerborum, ab  
alijs aliter tradita est & tractata, inuentis in hoc ua-  
rijs modis, quibus que memoria essent tenēda, & ani-  
mo effingerentur commode, & in certis locorum se-  
dibus collocarentur, fieri q; hoc pacto, ut ordinem  
rerum locorū (ut inquit Cicero) ordo conseruaret,  
res aut ipsas rerum effigies notaret, atq; ut locis pro-  
cerā, simulachris pro literis uteremur. Eāq; in re-  
bus nonnullis prodesset aliquid, uix quisquam est qui  
perneget, maxime si & multa & confusa rerum plu-  
rimarum nomina per ordinem audita sint reddenda.  
Verum non temere uiiq; uanitatem clamat Fabius &  
iactationem esse, circa memoriam suam potius arte  
quam natura gloriari, quum & ista non item profint  
in ijs que orationis sunt perpetuae ediscendis, & in  
rudibus tenerisq; adhuc ingenij necessè sit decursum

duplici memorie cura impediri. Simpliciora itaq; O  
magis obvia, omnibusq; aperta memorie precepta  
breuiter hic uisum est explicare.

I. MEMORIAM, descendiq; celeritatem natu-  
ra tribuit Plato, Cicero quoq; virtutes aliquot natu-  
ra nobis inseri uelut seminaria quedam, & innasci-  
tradit, docilitatem & memoriam, quas plerumq; uno  
ingenij nomine significamus. Verum quia memoria  
prima sita timet atque excrēda. Memoria  
hominibus natura non æqualiter collata est, & arte  
iuuatur, & studio atq; exercitatione coalescit, haec in  
inuentute, que laboris patientissima est, fieri maxime  
debet, suntq; primum statim pueris proponenda, &  
quam plurima quæ ediscant, & iucundissima. Vbi  
tamen non adèò plena exigi debet opera, ut instan-  
dum protinus sit teneris acerbe, ne forte studia, quia  
amare nondum potest, oderit. Balbutire igitur di-  
scat os tenerum uersus morales, locosq; Poëtarum  
selectiores, dicta clarorum uirorum, & apophthe-  
gmata insigniora recenseat. Prosequetur haec memo-  
ria in senectutem, & impressa animo rudi usq; ad mo-  
res proficiet.

II. Assuescat deinceps puer, nec nimium semper in-  
clinato capite legere & scribere, neque intermissa  
semel cæpta exercendi consuetudine, ignauo otio  
torpere, multo minus in turpisimam se subinde de-  
ueluere ebrietatem, namque & isto uelut morbo  
clangescit

Otium.

elanguescit, & hac tamquam funesta morte memoria Ebrietas moritur. Sed & pituita per hæc uiscosior, & simul mors mecum ea melanconia frigida caput memorie arcem, occidit morie. cupans grauat, debilitat, hebetesq; & magis, quam Oblivio sors iste Boetius, obliuiosos efficit. unde sit.

Confert ad hanc rem bona & confirmata corporis ualeudo, quam in omnibus adcurate tueri addacet studiosum. Cibus bene digestus & omnino animus cogitationibus alijs liber, qui non euagetur, sed rei edescendæ fortiter sit intentus.

Quamvis non temere in proverbiū penè memo  
ria abiit matutina, quod sincerius fixiusq; teneantur  
que proferente iam se aurora percipimus, tamen &  
nox ipsa & illud quod alias esse in causa solet obliui  
onis tempus memoriam mire adiuuat, & confirmat.  
noctu enim & nusquam auocatur mentis intērio, que  
facit ut ea, que dicimus, uelut oculis subiecta cernere  
uideamur, et ab illa siue cogitatione siue lectione ni-  
hil deinceps animo agitamus, sed quietem statim ca-  
pimus, que dictu mirum est, quantum adserat firmi-  
tatis, quando sic labor ille, cuius ipsa sibi fatigatio ob-  
stabat, uel requiescit uel maturatur & concoquitur.  
Et enim profecto uel una interposita nocte, ut que sta-  
tim referri non poterant, postero die pulcherrime  
contexantur. Et sicut cibus iamiam ingestus ma-  
gis grauat stomachum, quam quod uires augeat, Simile-

III.

Matutina  
memoria.Nox &  
quies-

tantisper dum concoctus in uenas et corpus digeritur, ita lectio uix dum audit a parum prodest, donec in uentriculo conficiatur. Igitur quae sub somniū edificantur, ea tibi mane promptius longe à memoriare presentabuntur, quam quis alio tempore, modo ne cibitum abcas uel crapula nimioq; cibo grauatus, uel inedia penitus absemptus.

V.  
Ediscere sub somniū Memoria uero partibus constat duabus, ut et celeriter comprehendamus, et comprehensa fideliter firmiterq; contineamus, celerius comprehendemus, quae melius intelligimus, continebimus autem, que aitate et frequentius memoriæ mandamus. Virumq; ordine iuuatur et commendatur, ad ea quoq; quae clapsa iam sunt in memoriā reducēda, hūc itaq; ut in omni parte studiorum ita in hac re comprimis conueniet obseruare, quoniam memoriam uehementer aut certe conuiuum. te potissimum ordo conseruat, sicut illud Simonidis

Ordo.

Simo nidis  
conuiuum.

VI.  
Per partes  
ediscendū

Et melior et longe simplicior memoriae ratio est, ut si longior animo complectenda fuerit oratio, per partes ediscatur, que tamen nec ordine dispositionis certo careant, neq; nimium sint exiguae, nimiumq; multæ, ne orationis filum et contextum distinguant nimis, et concidant.

VII.

Partium istarum si que difficilius haeserint, ijs notas quasdam apponemus, quarum expeditior recor-datio

datio commoneat, & quasi excitet memoriam, easq; Notarum sepius repetamus, ut adhaerescant. Multum enim hic usus et signa faciunt, & nemo ferè tam infelici est ingenio, ut ignorum. Quod cuiq; loco signum aestimarit, ignoret.

Quid quod etiam alia ex alia uenit memoria, ma  
gisq; hec astringunt, que memoriam à simili quo pi- VIII.  
am, ad id quod continendum, est transferunt?

Non inutile est, que memoria complecti uolueri= IX.  
mus, ea & scribere, quoniam non secus infiguntur Vnde sit stilo in pectus quam in chartā, attentione in eo, quod ediscendū. ipsi scribimus, diutius immorante, Et ex ijsdem qui-  
bus scripsimus, chartis ediscere. Ita enim quidicit, le-  
genti similimus, quibusdam uestigijs sequetur memo-  
riam, tum quoq; uelut oculis aspiciens nō paginas tan-  
tum, sed singulos penē uersus.

In scribendo simul & eo quod cogitamus conti- X.  
nendo, plurimum ualent Diuisio et Cōpositio. Quis Diuisio et  
quis namq; diuiserit recte, nō facile poterit in rerum Cōpositio.  
ordine aberrare, quo omnis illa coheret copulatio,  
ut ei nihil nec subtrahi sine manifesto intellectu, nec Ordo.  
inseri possit.

Porrò si memoria suffragetur, nec tēpus desit, re XI.  
tulerit ad uerbū plane ediscere, neq; solam rerū uim Edisbendū  
complecti, & ordinem, nisi uelimus eā etiam que in ad uerbū.  
scribendo collocata est operā perire, esseq; super-  
vacuam.

XII. Atqui uel tempore deficiente uel memoria non sed  
Remedium tis suffragante, non ad omnia uerba te astringens,  
memorie siquidem unius tunc obliuio uerbi uel deformem hestis  
durioris. tationem, uel omnino silentium inducet. Quamuis hoc  
infirme uel duriuscula memorie non plane perpetua  
Extempora um remedium est, nisi in ijs qui ex tempore dicendi  
lis facultas facultatem sibi parauerunt, qui studiorum fructus ue  
remaximus est, & uelut amplius quoddam longi la  
boris premium.

XIII. Quæ memorie credenda ueniuunt, silentio man  
An ediscē= dentur alieno, nostro non perinde est necesse, Omnis  
dum sit ta no autem qui legente alio ediscit, non parum tarda  
cite. tur. Verum etiam tacite ediscer eratio esset & poten  
tior, & expeditior, nisi animum uelut otiosum aliæ  
plerumq; subirent cogitationes, & ipse occupatus in  
illis digredi inciperet, atq; peregrinari animus, is tūc  
reuocandus est exiguo murmure, & quæ interpellan  
re cœperat excludenda cogitatio, sic altiore lectio  
ne duobus sensibus quasi fenestræ aperimus, patet  
ciendo ad animum ingressi, intuitu, & auditu.

XIII. Periculum quoq; subinde faciendum est, teneamus  
Periculum ne, & an satis firmiter conceperimus. Quoniam cō  
memorie tñua lectio & que magis & que minus hæret, & qua  
faciendum. liter transit. In experiendo autem dum nos tentamus,  
non tantum firmior est intentio, sed & nihil per hoc  
temporis superuacui perit, quo que tenemus repe  
tuntur

tuntur, queq; exciderunt, cibra reiteratione firmā  
tur. Quanquam solent hoc ipso maxime hærere,  
Quod exciderunt.

Obtinendum & hoc est à pueris præcipue, ne cō XV.  
suecant ipsi ignoscere sibi, et ignauam quandam ne= Ne sibini-  
gligentie libertatem polliceri, eo memoria corum mihi igno-  
frequenti usu & exercitatione redigetur. Quando sc̄at pueri-  
cognoscent non minus admoneri quām ad libellum re-  
spicere, & uitiosum esse & turpe, quum quae nullus  
orum parum se tenere iudicabit, quod ne sibi exci-  
dat, non metuit.

Possent informandæ memorie usum plurima ad= XVI. &  
huc adcumulari præcepta, nisi ea omnia satius forct ultimum.  
unico hoc Quintilianus & concludere, & comprehē= Fab. Qui\*  
dere consilio. Ille enim quum de memoria satis multa til-  
præcepisset, tandem sic inquit, Si quis unam maxi= Ars memo-  
riam à me artem memorie querat: exercitatio est, rīe summa  
& labor: multa ediscere, multa cogitare, & (si fie-  
ri potest) quotidie, potissimum est. Nihil & que uel au-  
getur cura, uel negligentia intercidit. Quare & pu-  
eri statim, ut præcepi, quām plurima ediscant, &  
quæcumq; etas operam iuuandæ studio memorie da-  
bit, deuoret initio tedium illud, & scripta & lecta  
sepius reuoluendi, & quasi eundē cibū remandendi.

Hec de memoria uelut coronidis loco Rhetorice  
CELTIS adiunxisse sufficiat, quam religio fuerat

Memoriæ penitus reticere, quandoquidem illa, quia rerum ins-  
taus & uentarum omnium Thesaurus, partiumq; Rhetorices  
titutes. est custos, nisi inuenitis cogitatisq; rebus & uerbis ad  
hibeatur, uidebimus omnia etiam si preclarissima fu-  
erit, in oratore paritura. Si quidem non tantum ins-  
uentat tenere, ut disponamus, nec disposita, ut  
loquamur, sed etiam uerbis formata me-  
morie mandare debemus, hæc enim illa  
est, quæ omnia, quæcunque in ora-  
tionem collata sunt, con-  
tinentur.

FINIS MEMORIAE.

# DE PRIMIS

APVD RHETOREM EXERCIC  
TATIONIBVS PRAECE  
PTIONES PETRI MO  
SELLANI IN PRI  
VATVM DIS  
CIPVLO  
RVM  
SVORVM  
VSVM COMPARATAE.

ANNO XXXIII.

Mense septembri.

ET GENERE ET VIRTUTE NOBILI<sup>E</sup>  
 adolescenti Henrico Birco à Dauba, Baroni  
 Bemo, ad Camburgum Domino, Pe=

trus Mosellanus S. P. D.



AEPE & multum mibi de literarum studijs cogitanti, mirum uideri solet, Baro inclite in tanta & docentium & discentium multitudine, tam diuine librorum omnium suppellectile paucos adeò ad aliquam laborum suorum frugem peruenire. Nam si uerum fari uolumus, nulla unquam etas tot ad discendum cōmoditates, quot hec nostra proculit. Primum quando unquam (ut de nostra patria nostrisq; studijs polissimum dicamus) tot Rhetores habuit Germania, quot annos iam aliquot habet? Que enim academia, qui ludus tam friget, in quo adolescentibus Oratorum, Poëtarum, Historicorum, deniq; Philosophorum, è quo rum fontibus eloquentia haurienda est, scripta prægantur? Qui infrequentes immò quam ferme omnes quiliberaliter discere cupiunt, ad hoc lectionū genus percipiendum concurrunt? Neq; uero parum momenti adserit discere uolentibus admirabile illud librorum certis formulis excudendorum nuper inuentum artificium, cuius beneficio factum est, ut uix quisquam

veni adeo in re sit, quin optimorum codicum copiam  
sibi coemere facile possit. Quamquam autem prestatu  
dis partum pecuniae, partum uoluptatum, potissimum  
vero bellorum ac sedicionum (quae mala ut alias natio  
nes possidente, ita & per Germaniam non ita pridem  
serpere coeperunt) honestis artibus premia satis ma  
ligne proponuntur, tamen bene dicendi facultati, qua  
cumq; in lingua haec se ostendat, uiresq; suas exerat,  
diuicias amplias, honores magnos, opes deniq; sum= =  
mas contingere uidemus. Et ut talium nihil assequa=  
mur, animus tamen uere generosus, arcium pulcher= =  
rim sibi conscius se aducit sum Eucliones istos et Sar= =  
danapalos, ac Thrasones optimarum rerum contem= =  
ptores, partim uetus laudatissimorum virorum ex= =  
emplis, partim dulcissima illa honesti conscientia, fa= =  
cile & solatur & tuetur. Quid autem obstat, quo mi= =  
nus ut Rhomani olim in suam linguam Græcarum ar= =  
tium fructum traduxere, & quidquid in Græcorum  
libris laudis fuit, hoc ipsis & in suo sermone expresse= =  
re, sic & nos nostram linguam ad eloquentissimorum  
hominum, siue hi Græci, siue latini fuerint, artes atq;  
exempla excolamus expoliamusq;? Præsertim quum  
tale quid tam non in felicissime conentur aliqui, & is  
sermonis nostri genius, ut hoc cultu facile splendet= =  
cat. Ergo quis non miretur, cum tam multa ad elo= =  
quentie studium inuent, & muli ad eò id sectentur,

hoc tamen tempore apud nos, in quibus ueteris illius  
 eloquentiae uel uestigium aliquod appareat, aut omni  
 no nullos, aut paucissimos existere? At uero longum  
 esset hic persequi, quoties res aliquam eloquentie spe-  
 ciem postulat, quam frigeant in nobis omnia. Inuen-  
 tio est vulgaris et de proximo sumpta. Collocatio no  
 cohæret. Elocutio non solum non est magnifica, sed  
 etiam sordibus confusata. Memoria uero et actio  
 tam non excoluntur, ut in multis cœu sublimiora hu-  
 manis ingenij, desperari cœperint, et tamen mis-  
 eranda hac Rhetorica interim mirifice nobis placemus.  
 Quid alijs hic in mentem ueniat nescio, et suū cuiq;  
 iudicium liberum relinquo: mihi certe, quod paucia=  
 deo cum fructu student eloquentiae, tribus potissimum  
 ex causis euenire uidetur. Etenim cum in omni dis-  
 ciplina percipienda sit opus, primum ingenio non  
 stupido, deinde certa discendi uia ac ratione, postremo  
 usu et exercitatione, compertum iam est bonam dis-  
 centium partem in his ferè laborare. Nam et si con-  
 stat satis, pleraq; ingenia nostrorum hominum, si cū  
 exteris hominibus comparentur, non ita multum ce-  
 dere, tamen ea est educationis peruersitas, ea crapi-  
 la et ebrietatu statim à primis annis studia, ut quod  
 benc natum est, antequam ad frugem aliquam adoles-  
 cat, prefocetur, intereatq;. Plato quidem olim, cum  
 in Siciliā profectus, homines ibidem bis preter morē  
 Grecie

Gracia, in die saturos fieri cōfūxisset, reuersus eam  
crapulam pro miraculo suis annuncianuit. Quod si  
nunc uiueret Plato, non tantum in Sicilia, sed ubiq; fe-  
rē ter aut quater saturos, immō toties quoq; ebrios fi-  
eri cerneret. Sane non tam monte decurrēns ammis,  
quem uehementiores imbr̄es peperere, omnem subie-  
cti arui sementē diluendo uiciat, perditq; quām ebrie-  
tatis fluxus omnē mentis uigorem corruptit. Quæ  
autem spes est, ut ipso ingeniorum fonte uiciato, non  
impuri cogitationum riui, inde in omnes humanae  
uitæ actiones deriuentur? Deinde qui dicendi facul-  
tatem sibi comparare student, ij quām nihil certi ho-  
die sequuntur? quām diu sursum ac deorsum, in tan-  
ta omnis generis scriptorū sylua, nullo uitæ duce ob-  
errant? Quām ferè in ipsis studiorum suorum uelue  
portuna uem impingunt? Alius qui nec dum gramma-  
ticas rationes percepit, uersatur in grauiſſimis auto-  
ribus: alius in iure ciuili discendo: alius priusquam hu-  
manarum literarum quicquam attingat, ex humane  
uiuere discat, publice religionis magister haberip o-  
stulat. Quis autem nescit in omni arte percipienda,  
ut rectissimum sic & breuiſſimum esse compendium,  
ut non à summis artis operibus exercitatio incipiat,  
sed ab infimis per medios uelut gradus ad summa  
paulatim ascendatur. At qui erramus hic pleriq; par-  
tim magistri, qui priusquam in minoribus ex scriben-

do & dicendo priuatim exerceamur, eloquentie publice tradende pulpum occupamus, partim discipuli, qui ad fastigium properantes, eorum, sine quibus ad summa non peruenitur cognoscendorum moralam non patimur, ac quod Græcorum proverbio notatum est, ὃ τῷ τίῳ τὸν κεφαλαῖον experimur. Vnde quæso tot inepti libelli, tot ridicula uerificationes, tot criminationes pariter & recriminations, breuiter tanta chartarum iactura, ac tam insignis omnium bonarum artiū contemptus, nisi quod bona nostrū pars in literis aliquid uideri, quam esse malumus? Olim puerorum bene natorum ætas dabantur grammaticæ, adolescentium rhetoricae, dialecticæ, musicæ, & palestræ, iuuenum disciplinæ militari, reliqua uite pars, prout cuiq; uel natura, uel conditio obtigerat, in Repub. consumebatur. Nunc omnia confusa, peruersaq; sunt, ut, qui totos uiginti annos apud literatores nullo cum fructu desideant, paſſim reperiantur. Neq; defunt, qui omni humanitatis cultu semel contempto, illotis, ut aiunt, pedibus, uulgi tantum inscitia, & sua impudentia instructi ad summas professiones infilant. Quis uero miretur in tanta studiorum confusione uilescere scholas publicas? Ludos literarios deserit? Omnem deniq; eruditorum auctoratatem paſſim eleuârit? Iam in exercendis usuq; confirmandis ijs, quæ discenda suscepimus, dici uix po-

est, quād simus ignavi, quantoq; interuallo à ueterū  
 admirabili industria absimus. Declarat hoc uel sola  
 rhetorica institutio. Illi adolescentes fidei sue com-  
 missos, ante in leuioribus quibusdam rhetorici operis  
 partibus, uelut tyrocinio præcludere uolebant, quād  
 ad iustum declamationum munus perducerent. Nam  
 ex ijs qui eloquentiae destinati erant, alius meditaba-  
 tur narrationem, nunc fictam, nunc ueram, alius sen-  
 tentiam laudati alicuius uiri ad certam rationem re-  
 censebat, alius tradabat locum communem, aliis c'la-  
 ros homines laudabat, & improbos uituperabat, ali-  
 us suadebat aut dissuadebat legem aliquam: breuiter  
 aliis alio exercitationis genere pro ætatis ingenij sui  
 captu præparabatur. Nos omnem exercitationem sibi  
 li, qui solus optimus dicendi magister est, sic negligi-  
 mus, ut uix longis interuallis epistolam aliquam me-  
 ditari sustineamus. At qui utinam redeat al. quando  
 antiqua illa discendi ratio. Rediret enim una & lite-  
 ris literatisq; uiris precium. Quod ad me attinet li-  
 bellihuius, quem de primis apud rhetorem exercita-  
 tionibus tibi, tuisq; condiscipulis priuatim scripsi, la-  
 borem non alio consilio suscepi, quād quod ueterem  
 illam eloquentie tradendæ rationē, certe quod sciā,  
 apud Germanos nouā promea uirili, meaq; erga uos  
 fide restituere mire cupiam. Evidem cum superioris  
 numeris auctiuis Apthonij προγνωστικού

uobis exponerem, continuo sensi Græcum illum pro  
 gentis ingenio & ocij copia, pleraq; tum curiosius,  
 quam ut ijs argutijs occupari studia uestra uideretur  
 operæ preclum, tum alienius, quam ut ad nostrorum  
 hominū rationes conueniat, tractasse. Quamobrem  
 & mihi decorum, & uobis utile fore putau, si totum  
 Aphantij opus retexerem, & ex ueteri nouum facea-  
 rem. Non enim sequutus sum Aphantium, ut inter-  
 pres, sed iudicio, arbitrioq; meo, quantum uisum est  
 ab illo mutuatus, reliquā operis partem dc meo  
 filo contexui. Tu iam rectissime cum cœ-  
 teris nostris uale, & fœlicissime  
 stude. Lipsiæ ex Collegio  
 nostro maiori, Men-  
 se Aprili,  
 Anno  
 M. D. XXIII.

*De primis*

# DE PRIMIS<sup>277</sup>

APVD RHETOREM EXERCITATIONIBUS PRECEPTIONES PETRI MO-

SSELLANI, IN PRIUATUM DISCIPULO

RUM SUORUM USUM

COMPARATÆ.



Recipit optimus eloquentiæ magister Fabius, ut qui adolescentes ad dicendi facultatem instituendos suscipiant, eos ante in minoribus eius artis operibus exercant, quam ad magnum illud declamationum opus perducere conentur. Sunt autem minora opera fabula, narratio, sententia confirmatio, refutatioq; , laudatio clarorum virorum, & improborum uituperatio, loci communes, Theses, legum deniq; comprobatio, reprehensioq; , de quibus singulis quam brevissimis præcipiemus.

## DE FABVLA.

Fabula est expositio rei factæ, sententia alicui illustrandæ adhiberi solita. In quo genere qui exercentur, duo uitabunt: primum, ne orationem faciant omnino aridam, sed temporum, locorum, aliarumq; circumstantiarum uelut succo plenā reddant. Deinde, ne dum hoc uitant uitium, in contrarium in-

currant, & immodico descriptionum ambitu fastidissimum ingerant. Porro sententia ea, cui illustrandæ fabula adhibetur, ferè postponitur in scholis. At in seria oratione nihil uerat eandem preponi, præsertim si fabula subiecta paucis indicetur magis quā explicetur.

EXEMPLVM FABVLAE AD  
scholasticum exercitium  
tractatæ.

**Causa.** **F**orte estas erat, & tempus anni solis ardore flagrantissimum, quum cicadæ, animal irrequieto cantu Musis sacrum, musicos concentus meditabantur. At formicis studio erat laborare, & fruges undeper hyemem in sequentem uictus suppeteret, in latibula sua congerere. Itaq; quum iam hyems ingrueret, formicæ pœnum æstiuo labore congestum, unde alienantur, habebant. Cicadis autem breuis illa canendi uoluptas in famam abiit. Ad eundem modum uuentum si dum eius tempus est, laborem recusat, excipit senectus misera.

EXEMPLVM DE SERIO

usu Fabularum.

**N**am qui se maiorum suorum titulis ac imaginibus iactant, ipsi interim ignavi, uicijsq; dediti, ij perinde faciunt, atque cornicula Aesopica, que cum per se deformis esset, plumis alienis uestita, in publicum deuolauit.

De narrat.

## DE NARRATIONE.

**Q**Væ de fabula tractanda præcepimus, eadem  
 & de narratione præcepta intellige. Quod  
 enim illic in ficta, idē hic in uera materia  
 seruandum est. Nisi quod excusatus luxuriat exerci-  
 tatio in ueris omni orationis dilatādæ ratione, quam  
 in fictis. Quid enim uel dicenti ineptius, quam in rem  
 planè cōfictam omnes eloquentie diuitias effundere?  
 uel audienti molestius, quam in re uana longa descri-  
 ptionum ambage detineri? Fit autem copiosa narrā-  
 tio, si, ut dixi, circumstantias complectaris, et à quo,  
 quo tempore, quoq; loco, quomodo, quo instrumento,  
 qua deniq; cauſsa factum aliquid sit, diligenter perse-  
 quaris. Et quia Cicero uult, ut in adolescenti oratio= Cicero in  
 nis secunditas se efferat, Exemplum narrationis lon= Orat.  
 ge omnium copiosiss. ex Auli Gellij noctium Attica= Fab. lib. 2.  
 rum libro primo subieci. cap. 4.

EXEMPLVM NARRATIONIS  
 ex secundo capite libri Noctium

Atticarum Auli Gellij.

**H**Erodes Atticus uir & Græca facundia & con Persona.  
 sulari honore præditus, accersebat s̄epe nos  
 cum apud magistros Athenis effemus, in villas ei urbi Locus.  
 proximas, me & clarissimum uirum Seruilianum,  
 compluresq; alios nostrates, qui Rhoma in Greciam Partes.  
 ad capiendam ingenij cultum concesserant. Atq; ibi

- Tempus.** tum cum essemus apud eum in villa, cui nomen est Cea  
physia, & aestu anni & sydere autumni flagrantissi-  
**Modus.** mo propulsabamus caloris incommoda, lucorum um-  
bra ingentium, longis ambulacris, & mollibus adiut-  
posticum refrigeratis lauacris nitidis & abundis,  
& collucentibus, totiusq; villæ uenustate, aquis un-  
**Persona.** dig; canoris, atq; auibus personante. Erat ibidem no-  
biscum simul adolescens Philosophiae sectator, disci-  
plinæ, ut ipse dicebat, Stoicæ, sed loquacior impendio  
& promptior. Is plerumq; in conuiuio sermonibus,  
qui post epulas haberi solent, multa atq; immodica de  
Philosophie doctrinis int̄pestue, atq; insubide disse-  
rebat, præq; se uno cæteros oēs lingue Atticæ prin-  
**Res.** cipes, gentemq; omnem togatam, totumq; nomen la-  
**Partes.** tinum rudes esse & agrestes prædicabat. Atq; inter-  
ea uocabulis, haud facile cognitis, syllogismorum, ca-  
ptionumq; dialecticarum laqueis strepebat, κυρτῶν  
τας τκαλδσας θεωριας, aliosq; id genus grifhos  
neminem posse dicens, nisi se dissoluere. Rem uero  
ethicam, naturamq; humani ingenij, uirtutumq; ori-  
gines, officiaq; earum confinia, aut contra morborū  
ueriorumq; fraudes, animorumq; labes, ac pestilentias  
asseuerabat, nulli esse ulli magis ea omnia explorata,  
comperita, meditataq;. Cruciatibus autē doloribusq;  
corporis & periculis morte minitantibus, habitum,  
statuq; uitæ beatæ, quam se esse adeptū putabat, neq;  
ledi,

ledi, neq; imminui existimabat, ac ne oris quoq; &  
uultus serenitatem stoici hominis, unquam ulla posse  
egritudine obnubilari. Has ille inanes cum flaret glo-  
rias, iamq; omnes finem cuperent, uerbisq; eius defa-  
tigati pertœduissent, tum Herodes Græca, cuius pluri-  
mus ei mos fuit, oratione utens: Permitte, inquit, phi-  
losophorum amplissime, quoniam respondere nos ti= Verba:  
bi, quos idiotas uocas, non quimus, recitari ex libro,  
quid de huiuscmodi magniloquentia uestra senserit,  
dixeritq; Epictetus stoicorum maximus: iussitq; pro-  
ferri dissertationum Epicteti digestarum ab Ariano  
primum librum, in quo ille uenerādus senex iuuenes,  
qui se stoicos appellabant, neq; frugi, neq; opera pro-  
bæ, sed Theorematibus tantum nugalibus, & pueri-  
lium Isagogarum commentationibus dilatrantes, ob-  
iurgatione iusta incessuit.

Sed quia positum exemplum tanta orationis uber-  
tate eminet, ut ciui sublimitatē ruditæ ætas prima exer-  
citatione uix queat consequi, Aliud subieci ex oratio-  
ne Ciceronis pro Archia Poëta, id est huiusmodi.

### ALTERVM EXEMPLVM NAR

rationis, ut Archias ciuitatis Rhom.  
ius nactus sit.

**N**am & primū ex pueris exceſſit Archias, atq; Personæ  
ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humani-  
tatem informari solet: sed ad scribendi studium con-

- Locus.** tulit: primum Antiochiae (nam ibi natus est, loco nobili, & celebri quondam urbe, & copiosa, atq; eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studijs affluent) celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus, cunctaeq; Graeciae, sic eius aduentus celebrabatur, ut famam ingenij expectatio hominis, expectationem, ipsius aduentus, ad miratioq; superaret. Erat Italia tunc plena Graecorum artium, ac disciplinarum: studiaq; hæc, & in Lætarum auctio uehementius tum colebantur: quam nunc hisdem factum. Reipublicæ non negligebantur. Itaq; nunc & Tarentini, & Regini, & Neapolitani ciuitate ceterisq; premijs donarunt: & omnes, qui aliquid de ingenij poterant iudicare, cognitione atq; hospitio dignum existimârunt. Hac tanta celebritate famæ, cum esset iam absentibus notus, Rhomam uenit, Maro consule, & Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium, atq; aures adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset: eum domum suam receperunt. Sed enim hoc non solum ingenij, ac literarum, uerum etiam nature atq; uirtutis fuit: ut domus que huius adolescentie prima fuerit, eadē esset familiarissima senectuti, erat temporibus illis iucundius. Q. Metello illi Numidie  
co, T

eo, & eius Pio filio, audiebatur à M. Emilio, uiuebat De Metello  
 cum Q. Catulo & patre, & filio à L. Crasso cole= lo Plin. lib.  
 batur. Luculos uero, & Drusum, & Octauios, & 7 cap. 43.  
 Catonem, & totam Horienorum domum deuictam  
 consuetudine cum teneret, afficiebatur summo hono= re, quod cum non solum colebant, qui aliquid percipere aut audire studebant: uerum etiam, si qui forte simulabant. Interim satis longo interuallo, cum esset cum L. Lucullo in Siciliam profectus, & cum ex ea prouincia cum eodem Lucullo decideret, uenit Hera cleam, que cum esset ciuitas equissimo iure, ac foedare, ascribi se in eam ciuitatem uoluit: idq; cum ipse Caussa per se dignus putaretur: tum autoritate & gratia Luculli ab Heraclensibus impetravit. Data est ciui= De quibus tas Syllani lege & Carbonis, si qui fœderatis ciuita= Plin. lib. 8.  
 tibus ascripti fuissent: si tum, cū lex ferebatur, in Ita= cap. 20.  
 lia domiciliū habuissent: & si sexaginta diebus apud Prætorem essent professi. Cum hic domicilium Rho= me multos tam annos haberet, professus est apud Prætorem Q. Metellum familiarissimum suum. Si nihil aliud, nisi de ciuitate ac lege dicimus: nihil dico amplius, caussa dicta est.

## DE REFUTATIONE.

## Refutatio

**R**efutatio est, cum quod ab alijs pro uero allatum nis exerci est, falso esse ostendimus. Recipient autem hoc tationē qd genus excitationis, que nec planè sunt manifesta, recipiat.

nec omnino absurdā, sed quæ inter hæc media dubitā  
**Quid in** tionem adferunt. Porrò in hoc genere uelmenter  
**hoc gene-** prodest, primū uelut præfando eorum, à quibus quod  
**reprofit.** refellendum suscepisti, profectum est, autoritatem ele-  
uare. Deinde rem ipsam, ut gesta dicatur uerbis no-  
stro commodo sumptis renarrare, sic ut ipse exposi-  
tionis tenor rem totam suspectam faciat. Tum sub-  
ijciendum, quām quod ab aduersarijs allatum est, sit  
incertum, quām non uerisimile, quām non sit consen-  
**Quomodo** taneum, quām non potuerit fieri. Atq; hec gradatim  
tractanda. tractabis pro argumenti natura, sic ut contentio per  
singulos gradus increscat. Magnum enim est speciem  
re non factæ ostendisse, maius non esse aliquid uerisi-  
mile, neq; consentaneum, maximum autem fieri non  
**Comœda** potuisse. Quod si altius assurgere uoleat exercitatio,  
tio huius erigeret se ad suas orias usq; materias: et si quid dissua-  
**exercita-** dendum est, respicies ad locos honesti, utilis, possibilia-  
tionis. lis (liceat enim hac uoce uti) et necessarij. Differēs,  
quod suadecatur quām sit inutile, quām in honestum,  
quām non necessarium, quām deniq; non possit fieri.  
Est autem in hoc genere ut laboris, ita et fructus plu-  
rimum, eius exemplum subiecimus.

**Q** VOD VANVM SIT **Q** VAE  
iactent barbari de Hieronymo ob li-  
bros Ethnicorum, in primis Ci-  
ceronis lectos, flagris cæso.

Si unquam

**S**i unquam hoc dubium fuit hoc uitij mortaliū  
mentibus natura insitum esse, ut quantum quisq;  
uel ipse iam sit assequutus, uel post se assequi posse spe-  
ret, tantum probet, & nihil, nisi quod ipse facit, rectius  
putet, nunc certe dubium esse desinet, posteaquam  
existunt, qui, quoniam ipsi optimos quosq; scripto-  
res aut non legunt, aut si legunt non intelligunt, alios  
quoq; ab eoru lectione deterrent: & quia errorem  
suum ueris orationibus persuadere nequeunt, mulier-  
cularum more ad fictas superstitionum exemplorū  
minas adfugiunt. Nam quis desidiosissimis istis desi-  
die patronis credet, propterea diuum Hieronymum, Hiero. epi-  
ut diuinarum, ita humanarum literarum peritisimū, stola 41. ad  
quod Ethnicorum scripta legerit, cœlestis iudicij sen= Eustochiū.  
tentia condemnatū, de tergo satisfecisse: Operæpre= & deinde  
cium autem est, quibus uerbis bellam hanc scili= ad Ruffi-  
cet historiam narrant, exponere. Nam si ueri quid ha- num.  
beret res, longe aliam faciem narratio ipsa haberet. Crinitus l.  
Nam qui bene natos adolescentes hac fabula ab hone 1. ca. 10.  
stissimarum rerum studijs abducere conantur, quan= Valla in  
quam mendacia ueritatis teatorio obducere se posse prologo  
profitentur (Sophistæ enim & sunt & appellantur) quarti-  
tamen in scelici adeò sunt ingenui, ut caute mentiri, &  
fictionem celare non possint. Sic enim aiunt: Sanctus  
Hieronymus, cum singulari quodam liberalium disci-  
plinarum omium studio flagraret, non satis habuit

Philosophiam & Theologiam didicisse: insuper curiositate quadam profectus, Ethnici scriptores, & in primis Ciceronem subinde legit. Placebant enim ei pulchra uerba, quibus paganus iste in suo libro frequenter est usus. Connivebat ad haec aliquam diu deus. Sed cum finem non faceret et inutilis studij, per somnum ad deitribunal accersitus de Ciceroniana lectione accusatur. Quid multis? Damnatus est ad flagra. Qui bus multum diuq; cæsus, sat is docuit non esse legendos libros Ethnicorum, præcipue Ciceronis. Hec est illa terrifica historia, quam ubiq; aduersum bonarum litterarum studiosos decantant. Nam ut indocti medici uno collirio omnium oculos sanant, ita miseriisti unum hoc habent, quo incitiae suæ patrocinantur: Sed nūc quantum efficiant, videamus. Sanctus Hieronymus, inquit, singulari quodam liberalium artium studio Repugnat flagravit. Quid ego audio: sanctus erat Hieronymus ad eos, & tamen liberalium artium studio flagrabit? rūfensum. Sancti sancte omnia & faciunt & dicunt. Vos uero Cōngata. hoc nomine in ius uocatum iactatis, quod liberales disciplinas audiūs legēdo sit sectatus. Aut ergo sanctus non erat Hieronymus, & disciplinæ liberales erūt sanguinē: aut si sanctus est Hieronymus, sanctū erit & liberales artes tractare? At quis est tam impudens, ut Hieronymo sanctitatis gloria detrahatur? Nisi fortasse dicitis, tum eum sanctum non fuisse, cum prophanos autores

autores legeret. Dicite ergo mihi illum tempus, quo  
à prophanis literis in totum abhorruerit? An est alio-  
quis liber, aliqua epistola, aliquis commentarius eius A parti-  
scriptoris, in quo non prophana sacris adiunxerit? bus.  
Quod si in scribendo ad prophanos autores sæpe re- Maiora-  
spexit, quanto magis in legēdo idē hoc fecisse cum pu-  
tabimus? Aut ergo sanctitatis opinionē, quam ille si-  
bi summa eruditione, summaq; pietate cōparauit, ei  
detrahetis, aut si hoc non audet is, mendaciū uestrum  
ipſi prodetis Deinde si artes ab Ethnicis potissimū et  
inuētae, et nobis traditae liberales sunt, flagitiū erit eas  
didicisse. Vix me cōtineo, quin hic sophistis istis insul-  
tem. Hoccine uester uos docuit Aristoteles, liberale A pugnan-  
quod sit, hoc idē et flagitiū esse posse? Non uirtus est li tibus.  
beralitas? O nouū acumen. Nam cū quod liberale ap Coniugata  
pellat, hoc idē uitiosum esse dicāt, nonne ex uirtute fa-  
ciunt uiciū? Ut cū uiciū omne sit fugiendū, idē sit istis  
liberale, & illiberale fugiendū pariter et expeten-  
dum. Vide quām belle cohærent, quāq; formalis sit,  
ut Gothi isti loquuntur, hæc narratio? Sed Philosophia  
& Theologia contentus esse debebat, sicut Doctor Obiectio-  
narius, & Doctor subtilis, qui non curauerunt istas ab excep-  
tionibus. Quā tu hic Philosophiā mihi somnias egre-  
gie Philosophiæ magistr? Neq; enim credibile est ui-  
gilare eos, qui ullam artē liberalem à Philosophia se-  
parant. Miseri homines non didicere Philosophiana

**A defini-** non esse dictata quædam nuper à nescio quibus, que  
**tione.** postea in scholis alij alijs uelut per manus tradidere,  
 de intentionibus, de formalitatibus, de obligationibus  
 & similibus nugis, sed latius patere augustinus et hu-  
**A partitio** ius disciplinæ fructum. Nam cum totum Philosophie  
 ne ad totū. corpus extribus uelut primarijs membris cōficit, ser-  
 monis facultate, naturalium rerum cognitione, & uti-  
 tæ instituendæ ratione, singula hæc deinceps pluri-  
 mas in se complectuntur partes. Etenim in sermone  
 desideramus, uel ut cum recte loquentium exemplo  
 consentiat, id quod pollicetur grammatica, uelut na-  
**Grammati** turam cuiusq; rei explicet, nunc quæ obscura sunt de-  
 finiendo, nunc quæ multa, & confusa, diuidendo, nuc-  
 quid cuiq; uel consequens, uel repugnans sit, colligen-  
**Dialectice** do, quam uim dialecticen uocant, uel ut proprie, distin-  
 ete, copiose, ornate, de quavis re proposita cum qua-  
**Rhetorice** dam audientium admiratione dicamus, Quæ facultas  
**Physice.** propria est Oratorum. Sed naturæ cognitio latius eti-  
 am fines suos porrigit, cum celum pariter & clemen-  
 ta, atq; adeò quæ in elementis sunt omnia ambitu suo  
 circumscribat. Vitæ uero humanæ moderatio non in  
**Ethice.** hoc est tota, ut quis suos ipsius mores uel uirtutis pre-  
 scriptum formet, sed maius etiam quiddam prestat, ni  
**Oeconomicæ** mirum ut primum nos ipsi uitamq; nostram, deinde  
 domus familieq; curā, postremo ciuitatis ac Reipub-  
**Politice:** administrationem, rectaratione instituamus. Et cum  
 ex uno

Ex uno philosophiae uelut fonte innumerabiles discipli-  
narum humanarum riui promanarent, & nullus scri-  
pтор quantumuis Ethnicus tam sit inanis, ut non scri-  
ptione sua in aliquam philosophic partem incurrat,  
que, malum, insania est, eum, qui Ciceronem in omni  
philosophiae parte summa cum laude uersatum, dili-  
genter legat perinde criminari, ac si philosophiae ter-  
minos sit egressus? Quod si philosophia pars est Ci-  
cero, & qui philosophiae student, uel uestro iudicio  
non solum flagra, sed præmia merentur, qua que so-  
fronte singitis nobis Hieronymum, cui præmium de-  
batur, cæsum flagris? Neq; uero libet hic quicquā  
exprobrare uel Thomæ Aquinati, uel Ioanni Scoto,  
quos tantopere uenerari cuiq; per me sane licet. Illud  
tantum dico, me nec sanctitatem detrahere Thomæ,  
nec Scoto subtilitates inuidere: Sed quod additis non  
curæ fuisse ijs nouitates, uidelicet per nouitates Cice-  
ronis lectionem intelligentes, agnosco Atticam istam  
uestram eloquentiam, & acumen miror, quod que  
annis supra mille sexcentis in eruditoru manibus fue-  
runt, ea prænugis uestrīs nuper natis existimetis no-  
ua. Atq; utinam uobis, quibus tantum displacent no-  
ua, nunquam nouis contingat cucullus, nunquam no-  
ue crepida, sed semper pannis annisq; obfisis, putria  
dipiscere, & antiquata oua sint cibis. At suavis etiam Refutatio  
est, quod quo probabilius esset mendacium caussam causse.

Collectio.

Refutatio  
objectionis

Ridiculu.

Refutatio

- Hierony = lecti Ciceronis adiungunt : quia inquiunt, placebant  
*mus ut sit barbaris similis.* ei pulchra uerba. Ecce uero alterum sermonis sophi-  
 stici florem, Quid autem peccatum est malle pulchra quam  
*spurca?* Video quorsum tendatis. Hieronymus uestri  
 similem optatis, hoc est infantem, ut ne eloquentissimi  
 uiri exemplum uestre infantiae obstatet. Deinde ullum  
*uerbum per se est pulchrum?* an potius ut quodque  
*Definitio.* reuel pulchræ, uel turpi inditum est, ita uel pulchrum  
 uel turpe habetur? Quod si pulchra sunt uerba, que  
 pulchras res uelut uestiunt et ornant, nonne in contraria  
 res uobis exit, ut quod pro uobis adduxistis, hoc  
*Repugnā tia.* maxime uos oppugnet? Iam, ut demus caussam hanc  
 aliquid ualere, illud quomodo consistet, quod que in  
*Hieron. in epistola Magnum.* alijs laudat Hieronymus, eorum culpa ipse plectatur?  
 An non idem ille in epistola ad Magnum oratorem et  
 fatetur se prophana legere, sacrisque intertexere, et  
 qui hoc ante se fecerant, suoue etiam num tempore fac-  
 terent, eorum exempla non modo non reprehendit,  
*Lactātius.* uerum etiam imitanda proponit? Nonne Lactantium  
*Exempla.* hoc nomine miratur, quod ad Ciceronis eloquentiam  
*Basilius.* ceteris proprius aspirauerit? Non Basilius summus,  
 mea sententia, Theologus nepotibus suis adolescentibus,  
 quos ad diuinæ sapientiae perfectionē erudiebat,  
*Augustin.* omne genus prophanorum scriptorum prudenter le-  
 gendum suasit? Imo non Augustinus in futuro Theo-  
 logo omnium penè humanarū literarum cognitionem  
 desiderat?

desiderat? Nonne idē Ciceronis Hortensio (sic enim  
inscriptus est liber) uelut duce ad sapientiae deo dignae  
studium primum se peruenisse palam testatur? Et Hie  
rōnymum lecti Ciceronis poenās graues adeō dedit  
credi uobis adhuc postulatis? Illi laudibus attollunt  
industriam eorum, qui ad æternæ sapientiae templum  
ornandum populi Israëlitici exemplo peregrinas con-  
serunt opes, uobis non satis est uos ipsos uelut facos  
quosdam, in dei aluearum nihil importare, insuper  
alijs in hoc genere laborantibus obstrepitis, & facti  
exempli horrorem opponitis (Sed quid ego horum  
stis suo ore loquentis periculum minatur, Ethnicorum  
Poëtarum uersibus in Euangelij gloriam abusus est.  
Quid autem si ostendam, quod uos impudenter adeō  
asseueratis, hoc ne fieri quidē potuisse? Quid si hoc  
ex uestris ipsorum uerbis conuincam? Quid si hoc  
uestrum commentum ab ipso adeō Hieronymo palam  
rideri alicubi comprobem? Deinceps ne tale aliquid  
studiosis hominibus obgannire audebitis? Per somni  
um uobis Hieronymus accusatur, per somnium damna  
tur, per somnium cœditur. Onouim iudicium. In Are  
opago olim iudicia noctu habebātur, sed uigilantibus  
iudicibus, uigilantibus reis, hic reus cū altū adeō dor-  
mitat, ut etiā somniet, ad tribunal protrahitur, accusa-  
tur, dānatur, cœditur. Et qui fieri potest, ut dormiens Pugnātia.

Comparatio per ex-  
empla.

Paulus.

Impossibili-  
le.

Tenor  
narratiōis

caussam dicat: ut omni facultate destitutus flagrorū  
 ictus sentiat? Nonne ipsa somnij uox totū hoc, quod  
 iactatis somnium, aut si quid somnio uanius est, esse  
 ostenditur? At qui uenit in mentem quo potissimum ni-  
 tentur fabulæ illius decantatores. Hieronymus, inqui-  
 unt, ipse scribit tale quid accidisse. Fateor, sed scri-  
 psit iuuenis calentibus adhuc in eo Rhetorum studijs,  
 quorum professio est fictis etiam narrationibus ad su-  
 um negotium abuti. Scripsit puellæ, cuius ingenij pa-  
 rum firmum talibus terriculis ab immodico Ethnicae  
 lectionis studio absterrere prudentis erat. Scripsit  
 aptis uerbis, aptis figuris, ea præfatione somnij par-  
 ter & febriculæ, ut cauto firmoq; lectori cōmentum  
 ne posset quidem imponere. Scripsit in familiari pri-  
 uataq; epistola, stilo ad puellarum infirmitatem ac-  
 commodato. Alioqui ter periurum facietis Hierony-  
 mum. Primum, qui post iudicium illud uestrum, quo  
 lectionem Ethnicorum abiurârit, ad libros prophæ-  
 nos toties redierit. Deinde, qui alijs eius generis li-  
 fieri Hieronymo. bros non modo legendos permittat, uerum etiam sua-  
 deat. Postremo, qui in defensione sua multis annis,  
 posteaquam ad Eustochiū de somnio hoc scriperat,  
 exactis, Russino lectionem Ethnicorum pro crimine  
 obijcenti responderit somnium esse quod Eustochio  
 scripsisset, Somnij autem scripturarum autoritate si-  
 dem non habendam. Quid expectatis amplius? Ipse  
 Hieronymus

Verba.

Refutatio  
 obiectiois  
 à circum-  
 stantijs.

Contrariū

Periuriū

fieri Hie-

Testimoni

um.

Hieronymus iam non minus eruditione, uite & q[ui] sancti monia, quam etate perfectus, quod iuueni sibi ad Eu-  
stochium scribenti exciderit, merum fuisse somnum  
confitetur. Sed uereor planè ne sint quibus prolixam  
h[ab]ec de somnio disputatio quendam tedijs somnum ad-  
duxerit, tantum abest, ut ne cui fabulam hanc persua-  
deant metuam.

## DE CONFIRMATIONE.

**C**onfirmatio est, cum, quod est controuersum, Confirmatio qd sit.  
pro uero stabilimus. Atq[ue] adeo quod de refuta-  
tione diximus, idem & de confirmatione contrarij  
saltē ratione habita dictum intelligatur. Nam si hoc  
materia recipiat, præfundum est de eius, à quo res co-  
firmando projecta est, dignitate. Deinde ex ipso uer-  
borum tenore, ueritas arguenda. Post tractandi loci  
probabilis, consentanei, possibilis, certi deniq[ue] ac ne-  
cessarij, nisi (ut supra monui) ad maiora aspirans Confirmatio  
suadendo confirmes sententiam honestate, utilitate, tionis arti  
facilitate, nonnunquam etiam necessitate. Huius gene- ficum-  
ris exemplum in superiori argumento ex aduerso me-  
ditarer, si hoc citra Hieronymi sanctissimi uiri iniuri-  
am fieri posset. Etenim utilissimi exercitij est, eandem Exercituum  
materiam in utraq[ue] parte tractare, ut si confirmes utilissimum.  
Pariter atq[ue] refutes, quod credebatur Numarex ex Numa-  
Aegerie Nimphe colloquio regnum Rhomanum ad-  
ministrare. Quod Dido Vergiliana amoris cauſa Dido.

**L**ucretia. mortem sibi consciuerit. **Q**uod Lucretia pudicitiae  
**H**oratius per uim amissæ dolore se ipsa confoderit. **Q**uod Ho-  
**C**ocles. ratus Cocles armorum pondere grauis Tyberim tra-  
**V**ale. Cor nauerit. **Q**uod Valerius Corvinus pugnæ uictoriam  
*uinus.* corui auxilio obtainuerit. **Q**ualia multa & ueteres et  
**H**æc hysto noui annales studiosis suppeditant. Nos hic Didonem  
*via est apd' pro exemplo subiecimus.*

Gell.lib.9.  
cap.ii. **Q** VOD VERVM SIT **Q** VOD VER  
*gilius scriptum reliquerit, Didonem amoris  
 impatientia, mortem sibi consciuisse.*

Confirmationis exemplum.

**E**xordiū  
 à dignita- **Q**vanta fuerit priscorum hominum industria in  
 te Poëta- **c**omparandis sapientiæ monumentis, quæ po-  
 rum ac po- **tis steris suis relinquenter, cū alijs rebus mul-**  
 etices. **tis constat, tum uel maxime per hoc indicatur, quòd**  
*mabant, ea non temere literis mandabant, sed musica*  
*numerorum suavitate conditæ posteris legenda tradi-*  
*dère. Cuius laudis ab Hebræis ad Græcos deriuatæ,*  
*ut Latini quoq; homines participes fieret, si quisquā*  
*Aeneas ex alius Vergilius certe effecit. Nam is, cum humanarū*  
*emplar no rerū imaginem in Aenea suo mortalibus proponcre,*  
*firæ uitæ. at per hunc, quid cuiq; uel sequendum, uel fugiendum*  
*esset, docere statuisset, non satis habuit factis interim*  
*personis ueros affectus representare, id quod alioqui*  
*Poëta*

Poëtae spectare solent, uerum etiam uera pleraq; ad-  
misiuit, inter que uerissima esse censenda sunt, quæ,  
ut ab insano amore adolescentes deterreat, de Dido=  
ne Carthaginem Regina amoris impatientia mor  
tem sibi consciente, commemorat, grauius ne an iu  
cundius nec dum statuo. Narrat enim Aeneam parte Renarar=   
classis naufragio amissa Chartaginem in Africam tio.  
delatum. Vbi cum hospitio Didonis uteretur Reginā  
pulcherrimi uiri primū admiratione, deinde & amo  
re captam. Postremo amorem consuetudine mutua  
adèò confirmatum, ut cum Aeneam aliò uocantibus  
rebus persequi non liceret, amoris impatientia fure=   
re inciperet, seq; ipsa interimeret. Quid obsecro a= Tenor  
pertius probabilius q; narrari posset? Quid omnino narratiōis  
est in toto hoc narrationis contextu tale, quale in fi=   
cis argumentis esse solet? Cohærent omnia, usitata  
sunt omnia, & iam multis consimilibus exemplis pro  
babilia. Nec ullum est uerbum quod mendacij suspici  
onem facere posset. Constat enim Troia capta Aeneae  
una cum socijs domo profugi classem mari sursum  
ac deorsum iactatam. Constat Didonem fratriis iram  
fugientem in Africam uenisse, Carthaginem condi=   
sse, regnum nouum instituisse. Et quid noui si regi=   
na similibus casibus iactata profugum Aeneam hospi  
tio exceptit? Si tanti herois uirtutes tum ex ipsius for Probabile  
me dignitate, tum uerborum grauitate mirata est?

**Præceden-** Si quidem admirabatur, eius etiam amore paulatim  
**tia.** ardere coepit? Primum mulier annis pariter & cor-  
**Cōsequen-** pore uirens. Deinde regalis luxus strepitu lasciuia, et  
**tia.** cui quod libuit etiam licuit? Postremo gustatæ quon-  
**Coniuncta.** dam genialis dulcedinis desyderio iam dudum estuans  
**Proprie-** ac maritum sibi destinans? Ipse mulbris sexus per se  
**tas,** infirmus natura sua lubricus est, & cum alijs affecti-  
**Exempla** bus, tum uero maxime amoribus est obnoxius. Nam  
**maiorum.** ij quanquam tristem ferè exitum habent, tamen cum  
 ad se homines incertos inuitant prima specie, mirum  
 quantum suavitatis, quantum deliciarum, quantū mel-  
 lis pollicentur? Et quid attinet hic exempla comme-  
 morare multarum, quæ non ut Dido ignoscendo, sed  
 illiberali planè & pudendo amore superatae sunt?  
 Quis nescit Pasiphaëni Cretensis regis filiam tauri  
 amore correptam insaniuisse? Quis ignorat Clyre-  
 memnonis mariti laudatissimi principis triumphalem  
**Compara-** redditum expectare maluisse? Et credibile non erit Di-  
**tio maio-** donem ab omni parentum ac maritali iure liberam re-  
 rum ad cō- ginam luxu barbarico diffuentem Aeneæ regij hospi-  
 sentaneū. tis amore tactam fuisse? Sed datis Aeneam Carthaginem appulisse, Hospitio Didonis usum, Didonem hos-  
**Refutatio-** spitis amore inflamatam. At flammæ eius tantam  
 obiectiōis. uim non fuisse, ut cum Aenea suo potiri illa amplius  
 non posset, tum uim ipsa sibi attulerit, hoc uero incre-  
 dibile

dibile uobis uidetur. Quasi uero non sit tantus amor Proprie  
ris furor, ut ad moriendum uirios etiam compellat, ne tas amoris  
dum sceminas. An non auditis Herculem ipsum for- ris.  
tissimum heroem, quo nomine in deorum numerum à  
superstitiosa antiquitate positus est, amoris impatiens  
tia incendium sibi ipsum struxisse? Et qui affectus for Exempla  
tissimum uiri pectus expugnauit, fœminam ad suam per com-  
ipius necem adigere non poterit? Vanum autem sit parationē  
hoc exemplum, nisi minores etiā affectus hoc à uiris  
sapietiae opinione clarissimis impestrarūt. Quis enim  
inter philosophos laudatior Aristotele? At is cū, quā Aristote-  
obrem toties se reciprocaret Euripus inuenire despe- les,  
rasset, ipso desperationis merore scribitur extintus.  
Quot autem nobiles Rhomani gloriæ studio mortem  
uoluntariam suscepere? Non Cato Uticensis supera- Cato Utic-  
tarum partium ignominia, ad suam ipsius cedem im- censis.  
pulsus est? Nō Lucretia creptæ pudicitiae dolore fer-  
rum in se ipsa defixit? Quid autem quod & lenissimi Lucretia.  
affectus, nempe gaudij, immoderatus sensus matro-  
nas aliquot Rhomanas extinxit? Credendum est enim  
incorruptis T. Liuij grauissimi rerum Rhomanarū  
scriptoris monumentis. Quod ergo uiris, & fortitu-  
dinis, & sapientiae gloria spectatissimis, leniores ani- Amor affe-  
morū motus extorserunt, hoc uehementissimus omni etiū ue-  
um affectuum amor, non efficiet? Quis ita desipiet, hementissi-  
ut hoc credatur? Quis non audiuit uulgo iactari pro mus.

Prouer = prouerbium, amanti nihil esse difficile? Quis non uitia  
 et facta det hac causa cæcam pingi Cupidinē, quod quibus  
 rerum una sagittis sunt saucijs, sine sensu uel mortis uiuant, nihil  
 gines iter reuereantur, neq; parentes, neq; amicos, nihil exhor-  
 probatio = reant, neq; infamie probra, neq; uitæ pericula, sed cæ-  
 nes. corum more ipsi se præcipitent? Sed enim Poëta fuit  
 Refutatio Vergilius, & vulgare est Poëtas fingere omnia, ridi-  
 culum uero non quid, sed à quo quid dicatur attende-  
 re, perinde ac si dictorum factorumq; ueritas à dicen-  
 Poëtarum tium scribentium ue persona pendeat. Poëta esse ver-  
 defensio. gilium non negamus, sed nihil ueri ab eo scriptū esse,  
 hoc uero contendere magna est impudentia. Quid  
 Clipeus enim eorum que in Aeneæ sui clipeo de Rhomanis ex-  
 Acneæ. presbit, uanum est? Neq; si aliquoties fictis imagini-  
 bus ueritatem adumbrant Poëtae, propterea & quic-  
 Contrariū quid uersu scribitur, proficto habendū est. Alioquis i  
 per exem uersuum mensura nō sine mendacijs adhibetur, quid  
 pla. faciemus Empedocli? quid Lucretio, qui rerum natu-  
 Lucanus. ras uersibus sunt persequuti? quid Lucano belli ciui-  
 David. lis historiam hexametris numeris canenti? Imò quid  
 David & quibusdam alijs, qui diuino spiritu afflati,  
 diuinæ sapientiæ arcana, uario carminum genere con-  
 Epilogus texuere? Eant ergo, qui ueri fidem Poëtis detrahunt,  
 brevis. in primis Vergilio, ut quē cū alia multa, tum quod de  
 Didonis amore cōmemorat uerissime tradidisse post=  
 bac nō nisi impudentissimus negare potest quisquam.  
De lau-

## DE LAUDATIONE.

**L**AUDATIO est oratio, quarei cuiuspiam laudes per Laudatio sequimur. Quanquam enim proprium est hoc quid. præmium clarorum hominum, tamen & alia res laudare nonnunquam solemus, ut iustitiam, temperantiam, reliquasq; uirtutes. Sic fuisse, qui plantularum, ut Cato brasice, laudes prescripserint. Imò non defuere qui partum stili exercendi, partim risus excitandi gratiarum absurda scriptis laudationibus sint prosequunti. In quo genere Lucianus muscam, Sinesius caluicium, Phauorinus febrim quartanam, Erasmus Rotero damus stultitiam laudauere. Ratio autem huius exer De natura citationis est. Primum per argumenti suscepti natu= rei præfanra paulisper præfari. Deinde si personam laudes, genetum eius tractare, ubiloci sunt, natio, patria, maiores Genus tra= & parentes. Post, educatio laudes dabit, si felix fue= Et adūcerit indoles, si studia honesta, si mores incorrupti. Po= tis locis. stremo, quod in laudationibus caput est, recensebis Educatio. dotes fortunæ, ut potentiam, diuitias, & amicos, cor= Dotes for= poris ut formam, robur, celeritatē, quibus recte usum tunæ. esse cum, qui habuerit, & qui non habuerit, eum sapi= Dotes cor= enter caruisse laudabile est. Animi uero, ut scientias, poris. uirtutes, sine quibus nulla uera laus consistere potest. Dotes ani= Mox comparatione alicuius sine controversia lauda mi= bilis hic quem laudare instituimus, attollendus erit. Fi Cōparatio= nienda autem laudatio est peroratione, quæ ostendat alicuius.

300 PRAECEPT. DE PRIMIS

**F**inieenda nostram in dicendo mediocritatē imparem esse suscep  
**laudatio** p̄t̄ reī laudibus.  
**peroratio** **LAUDATIONIS EXEMPLVM**  
**ne.** de Thucydide historico ex

Aphthonio Græco.

**P**refatiuncula. **A** Equum est eos qui utilia nobis adiuuenēre suis ipsorum inuentis ornare, & quod ab illis proditum est, ijsdem quoq; ceu autoribus cum grata recipere. Quo circa Thucydidem laudaturus, ipsum oratione uelut suis ipsius floribus ornabo. Rectū est autem honorare omnes, à quibus beneficij aliquid accepis, Thucydidem uero ceteris tanto studiosius, quanto ille quod in rebus humanis pulcherrimum est, nobis inuenit. Neq; enim in tanto rerum humanarū numero, quidquam oratione dederis prestantius, ne que in dicendi facultate Thucydide superiorē quenquam inuenieris. Natus est ergo Thucydides ē terra, que & uitā & artem ei dedit, Neq; aliunde prodiit, quām unde & bone artes omnes nobis profluxere. Contigit enim ei nasci Athenis, & maiores reges habere. Fortune item potentiam à generis suistirpe hereditariam accepit. Ita factum est, ut cum in utrumq; inciderit, & generis potentiam, & Rēpubliberam popularēm q; utring; tamen aliquid lucrificerit, dum neq; iniuria cuiusquā & equato ciuium iure copias amplas habet, & popularē ferē tenuitatem generis sui opibus

opibus ditat. Ita natus educatur à puerō, partim in ci *Educatio*,  
uitatis consuetudine, partim legibus, quæ duo in hac instituti=  
estate præ cæteris curæ esse debent. At uero cum, quæ oq=  
erat adolescentis indoles, non minus in pace recte ui= *Indoles*.  
uere, quam in bello patriam manu defendere statuis=  
set, literarum, & rei militaris studia coniungere con=  
sultum putabat. Sic fiebat, ut dum neq; bonas artes ab  
armis separat, neq; rem militarem præ literis negli=  
git, una eademq; meditatione, utrāq; artem sibi pa=  
raret. At q; adētate iam in virum proiectus occa=  
sionem, qua, quæ domi bene meditatus erat, in lucem  
ac hominum conspectum proferre liceret, quærebat.

Cum subito fortuna bellum exhibuit, qua fortuna sic *Res gestæ*.  
usus est Thucydides, ut quæ in illo uniuersi fecere  
Græci, ea quasi suum opus fecerit, dum quæcunq; in  
bella gesta sunt, suis monumentis fideliter adseruat.  
Quæ enim singuli pro se quibus egere Græci, eorum  
memoriam temporis progressu obliterari passus non  
est. Quin huius solius industria cognoscimus, Plateā  
capi, Atticā direptione uastari. Peloponnesum clas=  
se circumuagari. Naupactus naualem pugnam uidit,  
non uidit, non passus est hoc latere Thucydides, capta  
est Lesbos. Et uictoria etiamnum hodie prædicatur,  
aduersus Ambratiatas commissum est prælium. De  
fama temporis longinquitas nihil detraxit. *Quis au= Comparsa*  
*tem iniquus adeò rerum æstimator est, ut cum hoc He tio.*

rodotum

rodotum comparare audeat? sane ille omnia ad uoluptatem narrat, hic ad rerum gestarum ueritatem, ut quanto ueritas uoluptati anteponenda est, tanta quoq; Herodoto superior sit Thucydides. Plura dicere rem de huius incomparabilis uiri laudibus, si eius uitutibus ulla humana eloquentia, nedum mea infantia par esse posset.

## DE VITUPERATIONE.

Ratio uirtuoperationis. **C**ontrarij plane loci sunt uituperationis. Siquidem quæ de laudando supra diximus, eadem in uituperando sicut seruanda. Nam et hic præfandū est, et loci nationis, patriæ, maiorum et parentum sunt excutiendi, quæ si clara contigere ostendendum est ab ea laude degenerasse eum, quem laudandum suscepimus. Ad eundem modum si dotes sint fortunes, ad perniciem multorum, si corporis ad libidinem, cædes ac rapinas ijs abusum fuisse, si scientiæ in fraude, et dolos eas esse collatas, et tantum uirtutis falsum simulachrum exhibitum, quæ omnia exemplo subiecto clarius cernentur.

VITUPERATIO PHILIPPI MA-

cedonis ad imitationem Aphthonij.

Exordiū. **N**on minus peccant, qui uitia non accusant, quæ qui uirtutes non laudant. Nam utrumq; institutum suum quoddam lucrum secum adportat, dum et boni præmium, et mali pœnam inueniunt. Si quidem qui male

qui male facere sustinent, eos & male audire non est  
iniquum. Atq; adeò Philippum, quanto malicia mor= tales omnes antecellit, tanto quoq; iustius est, eum ab omnibus publice uituperari. Natus enim est scelestus Natio.  
hic ex ea gente, que inter omnes barbaros uilissima semper est habita, quaçq; ob ignauia inconstantiamq;  
nullas sedes certas tenere potuit. Primum enim gens hæc, quia intollerabilis erat, pulsa est ab Archiuis. De inde cum diu multumq; oberrassent, in regione quam nunc tenent, sunt delati, sic ut illinc melioribus cederent, hinc uero se etiam peiores hoc esse pessimos perlerent. Nam quod Argis expulsi ignavia, quod uero hic imbecilliores suis sedibus depulere, aliena rapient studio factum est. Et cum ex gente ignominiosa ori Patria. undus sit, tamen ex ciuitate magis etiam infami natus est. Ut enim abiectissimi barbarorum censentur Ma= cedones, ita Macedonum eiusq; terræ uelut quedam Maiores sentina est Pelle, ut in qua ciuitate ne frugiquidē ser= uorum ullus sit preuentus. Porrò ex tam barbara ter= tes. ra nato Philippo, parentes maioresq; multo etiam il laudabiliores contigere. Nam erat huic auus eiusdem nominis, cui, quo minus eius terræ regnum obinge= ret, oblitus generis indignitas. Huic succedit pater Amyntas, qui regnum alienis opibus tenuit. Pulsus Educatio enim in regnum reduxere Athenienses, Hi maiores, institutio hi parentes Philippi, is imaginibus conspicuus, & si et indoles.

longo tempore pacis obses à patre datus, Athenis uit  
 xit, atq; adeò in medijs Græcia est uer satus, tamen di  
 uturna hac cōsuetudine tam nihil barbaricferitatisq;  
 depositus, ut barbaricum etiam luxum, ac omnem uitę  
 intemperiem, in medijs Græcorum institutis seruauę  
 rit. Imò cum Græcis ac barbaris rationes uiuendi,  
 sint diuersae, ipse tamē, qua erat immanitate, in ultra  
 que gente idem, similem in dissimilibus institutis uitę  
 Vitiis aut prauitatem obtinebat. Ante omnia ne aliunde quam  
 ritie tyra unde uitę initia sump̄isset perfidiam suam auspicare  
 nidiſ & tur, suos ciues sibi in seruitutem primum redigit. De  
 perfidie. inde finitos quoq; populos bello uexauit, ut brcū  
 Pheones. temporis spacio & Pheonas, & Illyrios imperio suo  
 Illyrij. adiiceret. Nam quod Tuballos gentem uel feris immu  
 Tuballo= niorem sibi adiunxit, nihil mirum. Quando insignis  
 rum gens. barbaries eum populum ei facile conciliabat. Attamē  
 nō quoru corpora bello coeparat, continuo & eorum  
 Occupa= animos pacis artibus sibi conciliare poterat. Quoni  
 tio. am subinde deficiebant, & quanquam uictoris cru  
 delitatem horrebant, tamen rebellionem per omnes,  
 penè dixerim noctes, somniabant, ut qui operae foris  
 seruirent, intus cogitatione essent liberi. Ad eum mo  
 dum cum & populos barbaris uicinos sibi obnoxios  
 fecisset, inde ad Græcos castra mouit, atq; adeò ante  
 quam ipsam Græciā inuaderet, ciuitates que in Thra  
 cia Græce ditionis erant, euertit. Sic potius Amphion  
 poli,

poli, Pydus, Botidea, uictorias cumulare non queuit,  
 donec Phœræ, Pagasæ, Magnessaq; imò Thessalæ ci-  
 uitates oës barbaricæ seruitutis iugum acciperent, et  
 generis ipsius uelut notā portare sustinercnt. Operæ  
 precium autem est & de beluæ istius morte aliquid  
 commemorare. Nam cum diuina pariter & humana  
 omnia subuerteret, & contra scederum sacrosanctā  
 religionem plerisq; sociorum acerba imperaret, dei  
 scederum ruptorum ultiores dignum factis exitū ty= Mors.  
 ranno dederūt. Neq; enim in prælio pugnans cecidit,  
 quò fortissimū aliquem mortis suæ testem reliquisset,  
 sed in medio turpium uoluptatum gurgie suffocatus, Intempe-  
 sed dignum sepulchrum in earum fæditate inuenit. rantia.  
 Videlicet, ut quemadmodum eius uita, sic et mors in=  
 temperantiae scđum exemplum posteris effet. Iam ue-  
 rò quæ terra tam immane monstrum produxit un=  
 quam, quod cum hoc tyranno recte comparare que= Cōparatio  
 as? Sane Homerus cum extremæ crudelitatis imagi= Homerus  
 nem pingere statuisset, Echetum quendam nobis deli l. 13. Odyss.  
 niauit, ut qui inaudita quadam humani sanguinis siti  
 hospitibus suis aures atq; narcs truncavit. At Philip=  
 pus, non narcs, non aures, non digitos, non manus, nō  
 pedes, non deniq; aliquam corporis partem abscidit,  
 sed homines totos, atq; adeo populos uniuersos, atq;  
 ciuitates ipsas deuorauit, ut quanto acerbius est, totū  
 quām partem interire, tanto inimior Echeto Phi=

**P**erorati= lippus sit censendus. Nullus certe modus iniuriarum  
uncula. Philippi. Sed tamen orationis huius nostræ finem alta  
quem statuamus oportet.

## DE LOCIS COMMUNIBVS.

**L**oci com-  
munes.

**Q**uare co-  
munis?

**D**isputa-  
tio.

**L**ocus communis est oratio, quæ alicuius siue rei  
siue personæ, nunc bona nunc mala certis ratio-  
nibus amplificat, exaggeratq; Dictus autem est com-  
munis propterea, quod communiter pariterq; omni-  
bus, qui eiusdē sunt generis, cōuenit. Si quidem dispu-  
tatio, quæ in genere aduersum proditorē instituitur:  
in omnes ei sceleri obnoxios ex æquo cōpetit. Quan-  
quam autem eius usus in medijs orationibus est, ut sic  
proprio exordio non indigeat, tamen primæ exerci-  
tationis gratia in scholis facies quædam proœmij præ-  
mitti solet. Huic subiicies argumentationes, quarum  
prima sumetur à contrario, altera à rei de qua dici-  
mus, expositione sic comparata, ut non docere audi-  
torem, sed excutire, commouereq; uidearis, tertiam  
à comparatione nunc parium, nunc maiorū, nunc mi-  
norum. Non quod non ex alijs locis argumenta duce-  
re liceat, sed quod indicati præcipue sint excutiendi.  
Nam si in testem, in proditorem, aut alioqui crimino-  
sum aliquem paretur locus, consilia eius parua conie-  
cturis erunt quoq; excogitanda, et tota anteacta ui-  
ta infamanda, hoc tamen obseruato, ne ex ipsis rei cō-  
munitate ad personarū, temporū, locorūq; angustias  
te demittas.

te demittas. Postremo quia in suasorijs sepe tractantur loci communes admiscere etiam aliquid licet de equo, honesto utili, facili, & similibus. Exempla locorum communium tot habes in Ciceronis Paradoxis, quod sunt in eo libello capita, & mirus est in hoc generе aureus ille theologicarum rerum scriptor apud Greacos Ioannes Chrysostomus. Quoties n. ille orationem deflectens in auaritiā disserit? Quoties in ebrietatem? quoties in spectaculorum uanitatem? & similiter? nos simplex quoddam subscriptimus & quidem nostrum.

## LOCVS COMMVNIS IN EBRIVM.

**V**ereor plurimum ne qui sobrij sunt, operā hanc Proēmio= meam in ebrios dicendi ceu superuacaneam ri= deant. Dicent enim sobrijs castigatione hac nihil opus esse. Ebrios autem sic uino sepultos, ut nullius uocem Ebrietas exaudiant, nullius admonitionem intelligant, nullius obiurgationis asperitatem sentiant. Nimirū quod, ut A simili- corpus mortui nullis punctis, sic ebrij animus nullis monitis excitari posse uideatur. Quanquā autē optabile esset non sepe operam ludi in corrigendis ijs, qui in uitij suis sic obduruere, & omnem medicinæ spem excludant, tamen quia sunt, qui in certis interuallis extanti mali sopore expergesfacti ad se redeunt, seq; sanabiles per hoc, quod morbum subinde agnoscant, præbet, uel horū gratia quāta sit in hoc uitio pnicies,

**Contrari-** paucis ostendam. Nam ut pulchrius nihil est homine  
 um. sobrio, & ad quidvis, quovis tempore, quovis in loco  
 parato, ita nullum monstrum foedius ebrio, cuius,  
 ut Terentianus Chremes ait, neq; pes, neq; mens satis  
 suum officium facit. Principio mirari succurrit hic Grae  
 corum prudentiam, qui sue etiam lingue proprietate  
 quanta uirtus quamq; ingens bonum sit sobrietatem,  
**Vocabulū** satis declarant. Siquidem ut ostenderent mentem hu-  
**Etimolo-** manam in sua dignitate consistere sine sobrietate no  
 gia. posse, uirtutem hanc insigni vocabulo σωφρονίκη  
 nominauere. Quid enim aliud sonat σωφροσύνη,  
 quam mentis conseruationem? ut quantum homo ani-  
 malia rationis expertia mentis dignitate antecellit,  
 tantum quoq; haec uirtus cæteris omnibus sit sublimior  
 censenda. Quanquam autē Stoicorum disputatio-  
 est, qui unam uirtutem habeat, ei & cæteras non de-  
 esse, tamen in usu uite humane sape compertum est,  
 fortitudinem habuisse eum, qui amicitiae iura nō præ-  
 stiterit. At sine sobrietatis fundamento nullus unquā  
 uirtutum domicilium in animo suo construxit. Nam  
 ut ea oculorum acies sola colorum discrimina discer-  
 nit, qui nullo uitiosi humoris fluxu lippiant, ita quid  
 quaq; in re uel fugiendum, uel sequendum sit, et an-  
 tum mens cernit, quam cibus ac potus moderatio ab  
 omni onere semper seruārit expeditam. Haec pruden-  
 tibus consiliorum omnium mater. Haec recta consulta  
 maturae

Mature exequitur. Cum hac florent Republicæ, hac  
descendente, sensim optima quæq; dilabuntur. Ut uel  
hinc appareat, quāta sit pestis in Repub. ciuis ebrius,  
Qui neq; uirtuti ulli locū apud se relinquat, nec ullum Expositio.  
in rebus dubijs cōsilium aut inuenire ipse, aut ab alijs  
inuentum recta ratione exequi possit. Qui nec prēts Consilium  
rita recordari, nec præsentia moderari, nec futura  
prouidere recte queat. Qui deniq; nihil aliud sit, quā  
quod de otiosis ait Poëta, telluris inutile pondus. Pin=  
ge autem tibi cogitationis penicillo talis hominis ui=  
tam. A uespera ad multam noctem clamatur, bibitur,  
luditur, cantatur, ululatur, pugnatur, franguntur sci=  
phi, mensæ uomitu confunduntur. Succedit somnus alij Somnus  
grauius adeò, ut morti plusquā similis appareat. Alij mortis i=   
somniorū terrificis spectris irrequietus, tum æquisser milis.  
mum ebrietatis supplicium uehemens capit is dolor, Somnia.  
ac membrorum omnium debilitatio. Mane dolor, &  
non dum edormitum illum surgere uetat, & in medi  
um usq; diem instratis detinet. Quod si quid operis  
urgeat nimis, fracti & uel semimortui ad illud accedi  
mus. Quis autem cum laude in negotio aliquo graui  
uersatur ad quod inuitus fractus ac totus languidus  
ingreditur? Quid expediet impeditus ipse? Quid  
fortiter faciet languidus? Quem laborem feret hester  
no mero non solum fatigatus, uerum totus fractus?  
Attricandum est aliquid? tremunt manus. Eundum

aliquo? genua labant. Res poscit eloquentiam? lin-  
 gua hæret, uocis meatus est impeditus. Quid multis?  
 Comparat inter tot morborū genera, quot humanae naturae mi-  
 seria est obnoxia, uix ullum est, quod semel adeo totū  
 hominem sibi eripiat, & animum pariter atque cor-  
 pus prosternat. Bona morborum pars, cum uel cor-  
 pus, uel corporis aliquam partem affligat, tamen im-  
 mortalem hominis partem, nempe animus, impinge-  
 re non audet. Sunt qui soporem, sunt qui torporem,  
 sunt qui frigus, sunt qui aestum immittant, saluatamen  
 interim rationis dignitate. At qui illud ipsum quod cō-  
 mune habemus cum diis immortalibus, quo solo homi-  
 nes & simus, & recte appellamur, quo à brutis diffe-  
 rimus, hoc uero labefactare ebrietas & potest & so-  
 let. Atrox sanè et horrenda pestis est è πίλαντι, qua  
 correpti pleriq; aliquoties vim sibi ipsi afferunt, dum  
 sua ipsorum membra pulsant, dum capillos sibi uellunt,  
 dum se in luto uoluunt ipsis. At nullis uerbis consequi-  
 queas, quanto fœdiori, quantoq; immaniori malo labo-  
 ret ebrius. Quem epilepsia corripit, hunc paulo mo-  
 mento deserit, atq; clementis usum reddit. Ebrius au-  
 tem cum diu multumq; per ebrietatem iactatus fuerit,  
 seq; indigna multa tum fecerit, tum passus fuerit (si  
 non quod saepenumero accidit in totum extinguatur)  
 totumq; penè triduum sepulto similis iacuerit, uix  
 tandem ad se utcūq; redit. Illi mali sensum lenit, quod  
 nulla

Nulla sua culpa, sed morbi uehemētia pœnitenda, mul-  
 tatum dicit, tum facit. Huic uero malum conduplica-  
 tur, quando quo mali culpam à se transferat non ha- Coniuncta  
 bet, & minus premere solent, quæ nihil commeritis Cōsequen-  
 grauid accidunt. Iam inter animi uitia nullum est tam tia.  
 noxiū, nullum ex quo tanta malorum aliorum se-  
 ges pullulet, reperiri potest. Quid enim tam est hor-  
 rendum, quod non ebrij audent? Fide & taciturni-  
 tate in rebus humanis nihil sanctius esse debet. Ebrio Proprium  
 nihil recte credideris, effutit omnia, neq; quicquam  
 tam religiose arcanum est, quod cœlare is posuit, qui  
 ad cuiusvis compotoris stultitiam inuitatus mentis  
 sue dignitatem ipse prodit. Quid enim non proderet Causa.  
 is, qui illud quod charissimum habet, ad alienum affe-  
 ctum, eumq; stultum amittere uel, cum auiditate para-  
 tus est? Cui autem ignotum est, rixarum, uulnerum, Fons omni  
 stuprorum, adulterorum, homicidiorum, uberrimū um malo-  
 fontem esse ebrietatem? Quis enim nescit pugnam rum.  
 Lapitharū factā, ut Horatius ait, super mero? Quis Effecta.  
 nescit Tarquinios mero calentes primū ad stuprū ne- Exempla.  
 fandū processisse, mox & regno amplissimo excidisse?  
 Quis ignorat Alexandrum Macedonem cætera qui-  
 dem regem laudatissimū, compotandi studio cō prola-  
 psum, ut quibus familiarissime utebatur, is interfectis  
 & per hoc procerū suorum oīm animis à sc alienatis,  
 ueneno tandem extingueretur? Sed ne ego ineptus

## 312 PRAECEPT. DE PRIMIS

qui quod uitium finem nullum nocendi habet, hoc ordi-  
tionis mee angustijs complecti studio.

## DE THESI.

**Q**uestio  
in finita.

Θέσις vocant Rhetores Græci questionē uagam  
ac nullus circumstantiarum cancellis inclusam. Quam-  
obrem questionem infinitam appellant Latini. Nam  
que personam, locū, tempus, taliaq; complectuntur,  
Græcis ὑπόθεσης, Latinis nunc questiones finitae,  
nunc causæ dicuntur. Sic an descendæ literæ græcae,  
an sit ducenda uxor, Thesis est. Sed an sint descendæ  
medicinæ, theologiae uero destinato, an seni, an Catoni,  
an sit ducenda uxor sacerdoti, ὑπόθεσις est. Perso-  
na enim adiecta sententiam alioqui uagam ad certum  
ordinem astringit. Tametsi et hoc generale uidetur  
potest, latius enim patet consideratio, quam si propo-  
nas sic, An sit ducenda Cleopatra Antonio, Ciceroni  
Terentia, seni puella, nobili, obscuro loco nata, for-  
mosa ualestinario, certis ad singula personis adhi-  
bitis. Porro ratio generis huius haec est: Primum in-  
gressus aliquis ad argumentonem uice exordij erit.  
Deinde excutiendi loci suasoriarum, honesti, utilis, fa-  
cili, et necessarij, et si quid probabiliter contradici  
posse uideatur, hoc suo loco refutandum est. Postre-  
mo breui epilogo uelut perorandum.

**E**xordium

**L**oci.

QVOD DVCENDA SIT VXOR.

THESES.

si quid

**S**i quid est in rebus humanis, in quo plura bona quam in re uxoria tum ratio indicaret, tum usus comperiret, ceteris obmissis hoc unum amplectendit omnibus putarem. Sed quando in tanta commodorum uitae uarietate post longam eamque diligentem inuestigationem, nihil quod uitae mortalium tam sit expetendum, quam uiri et mulieris casta ac moderata coniunctio reperiri potest, ad hoc uitae institutum omnibus, qui beate uiuere uolunt, summa ope enitendum existimatim. Nam siue dignitatem recti quis spectet, siue utilitatem, siue facilitatem, siue denique necessitatem, quietio per partibus rebus ut aliquid facere sustineant, adducuntur hōtitionem. mines, nihil certe quod cum fideli matrimonio compari possit, inuenietur. Quod ne mirum cuiquam uidetur, paucis ostendam. Quid enim per Deum immatrimonio mortalem dignitate anteiret illud, quod neque ciuitatum nostrarum pro tempore ferri solitus in uitam humanam est introductum, neque utentium consuetudine paulatim irrepsit, neque principum edictis est imperatum, Sed ipsa Dei uoce statutum, sancitum, generique mortalium commendatum est: ut ad hoc uitae genus homines quodam numinis diuini afflatus rapi uideantur. Quod si plerique leges hoc nomine sacro sanctae habentur, quod uel à Minoë Cretenſi, uel Lycurgo Law Leges. edemonio, uel Solone Atheniensi, quos inter legum A similibiles conditores comprimis laudauit antiquitas,

**Collatio** perlatae sint, quanto reuerentius accipienda nobis,  
**hominum** ipsaq; uita exprimenda, que nobis tradita sunt diui-  
**cum deo-** nitus? Hominum leges, ut circumspectissime ferantur,  
**Commen-** tamen ferè admistum habet erroris aliquid, cuius gra-  
**datio legis** dia commode interpretari oporteat, que alioqui ad  
**ab auctore.** uerbum seruari contra Rempub. esset. At in de iles  
 nulla erroris suspicio cadit. Homo enim labi, errare,  
 falli potest, deus non potest. Nulla autem ciuitas tam  
 incivilis fuit, nulla gens tam ab omni humanitatib; cul-  
 tu remota, nec tam Barbarus tyrannus extitit quis-  
 quam, qui non ipsa natura duce eò peruenierit, ut no-  
 ferarum immaniam uagum concubitum auersandum  
 duxerit, & certas matrimonij leges sequendas statuc-  
 rit. Quod si que cum natura consentiunt ac conspi-  
 rant, ea in primis laudabilia haberit solent, queso te,  
 quid tam naturæ est consentaneum, quam maris &  
 foeminæ coniunctio procreandi causa suscepta? An  
 no hoc nobis ante oculos pinxit ipsa natura, editis tot

**Natura.** aiuum, quadrupedum, piscium generibus, quorum ni-  
**Quadru-** bil est quod no ad hanc adiunctionem tacito quadam  
 pedes. naturæ instinctu feratur? Quin ut quæq; animalia mi-  
 tißima sunt, et proprius ad humanam mansuetudinem

**Columbae.** accedunt, ita leges etiā coniugij sentiunt. Non colum-  
 Plin. li. 10. barum paria fidem coniugij seruantes numf cetus edu-  
 cap. 31. candi par uiriq; solicitude? non mutua cognitio casti  
 gaio? non si altera perierit, alteri luctuosum deside-  
 rium

derium relinquitur? Cui non tot naturæ documenta  
 matrimonij religionum persuaderent? Eat nunc qui Summa.  
 uoleat, & Gigantum more cum natura bellum gerat,  
 nobis sanctum, nobis honestum, nobis optabile sit ma-  
 trimonium, quod diuinitus traditum, tot naturæ do-  
 cumentis deinceps est commendatum. At cœlibatus Refutatio-  
 item à deo commendatur, at tot sanctissimorum ho-  
 minum exemplis confirmatur. Quid tum è ample-  
 citantur hunc qui possunt, quibus à parentibus ac ma-  
 ioribus suis degenerare, quibus genus humanū, quan-  
 tum in ipsis est, extingue, quibus per omnem usq; ui-  
 tam destitutis, tandem nullo posteritatis solatio emo-  
 ri libet, quos deniq; in terrenæ carnis onere adhuc  
 graduatos diuini fauoris aura in tantum subleuat, ut di-  
 uinarum rerum studijs occupati, suæ conditionis obli-  
 uisci possint. Sed hic non temerè multis aspirandum  
 est, ne si altius quam pro uiribus subuolare cooperis,  
 etiā ipsam humanā conditionē amittas. An nō terret Exemplū  
 te Icarus qui est in Poëtarum fabulis? Is cum generis Icar-  
 sui ordinem contemneret, & quod natura sibi nega-  
 bat, alis factijs sumptis, in uolucrum gregem se at-  
 tolleret, miser tandem in medium mare prolapsus, et  
 uitā amisit, & ne quis majora se conetur, sua calamī  
 tate docuit. Satis quidē dictū uideri possit in re manife-  
 stissima, sed quia sunt qui coniugii etiam si bono uiro  
 dignū putant, tamen quia id parum utile eis uidetur, Vtile-

316 PRAECEPT. DE PRIMIS

fugiendū censem. Quid ego audio, homines ne sunt,  
qui quod honestum esse confitentur, hoc idem parum  
utile existimant? Quod si hos audiemus, periculum  
erit, ne & uirtutes, & artes bonae omnes, à uitæ utili-  
**Privatum** posset fangi pernitosius? Age uero quid tandem ini-  
ab effectis tile uidetur in coniugio? Num uxorem domi alere?  
At qui quid utilius, quam habere semper domini non con-  
ducitium familium, quod ferè cōductor i est infidū:  
ut cetera incommoda taceam: sed certo, & nunquā  
rumpendo foedere coniunctam, cum qua omnia habe-  
**Vxoris** as communia, cuius fidem suspectam habere non ne-  
cessē habeas, que negotiorum domesticorum partem  
officia. in se recipiat, que ut latorum, sic & tristium sit par-  
ticeps, que recte te ualentem oblectet, que iratum mi-  
tiget, fessum recreet, desidentem excitet, & grum mini-  
sterij & mutuae fidei sedulitate soletur, que deniq; cō-  
modis tuis & que ac tu gaudeat, incommodis non mi-  
**Publicū ab** norem sentiat dolorem? Obscuro, quid hic non sum-  
effictis. me utile? quid non magno etiam emendum? Quām  
autem utile est ad conseruationem ciuitatis, omnisq;  
humane societatis, procreare liberos, qui et pacis ar-  
**Liberorū** tibus se suosq; ornent, & si quando bellum ingruat,  
officia. etatis labore, rei q; militaris peritia instructi hostes  
**Ciuis boni** propellant, parentes, & propinquos, amicos, patriā  
officium. deniq; tueantur? Boni autem ciuis est, sic consilia sua  
compara-

comparare, ut non sibi solum, sed parentibus, sed pro Refutatio  
 pinquis, sed amicis, sed patriæ, uniuerso deniq; gene= obiectiois  
 ribumano natus esse uideatur. Quid autem, inquis,  
 si non contingat talis uxor, qualem tutam supra in=  
 formasti? Primum, ut bona & tuis moribus apta con=  
 tingat, in te potissimum est situm. Nam delectu est o= Delectus  
 pus. Neque in quam cunq; incideris, aut forma uenu= in ducēda  
 stam, aut diuitijs spectabilem, aut genere nobilem, aut uxore ha=  
 compellendo affabilem, aut amoris præcepti illece= bendus.  
 bris commendatam, ea domū statim ducenda est, sed  
 inter multas delectu habito, una aliqua diligenda, cu  
 ias dicta pariter ac facta, quo ad eius fieri potest, oia  
 explores, omnia obserues. Quid si ea spem tibi bonā  
 ficerint, tum primum procū eius agere, atq; omnes  
 saltus, in quibus sera tibi destinata obuersatur, ambi= Metapho=  
 tionis tue plagis circumspire, tempestuum erit. Hic  
 utendum amicis pariter & inimicis, viris simul ac fœ ra à uena=  
 minis. Profuerit, & ancillas, nutrices, seruosq; eius tore.  
 auro ad mores domine prodendos corrumpere. Nam  
 tenuum mores ac uitam cognoscere nō ita magni fue= Simile mi=  
 rit negotij. Quid autem stultius fuerit, quam in emen dorum.  
 dus equis ac iumentis inspicere omnia, anxie inquire= re annos, gradus omnes obseruare, dentes numera=  
 re, breuiter prius omnia sollicite perscrutari, quam  
 liciteris, & in puella quam semel acceptam, neq; re=  
 uendere, neq; gratis repudiare liceat, comparanda,

## 118 PRAECEPT. DE PRIMIS

tam non esse diligentem, ut satis sit mulieris facie esse ei, quae tibi sit nuptura? Ut quibus matrimonium tanquam res parum utilis ac difficilis displicet, si potius suam ipsorum temeritatem, quam rem longe omnium

**Facile in** utilissimam, expeditissimamque accusent. Quid enim facilius, quid expeditius eo uitæ genere, quo maxima honestio uiuere minum pars sine ulla querula tot iam seculis utitur?

**& iucundum.** Neque enim si tantam difficultatem secum adferret uxor,

**Pugnantia** multi adeo prioris matrimonij iugo exoluti, secundum se alligari patarentur. Quid dico paterentur, cum bona pars eorum, qui priori matrimonio sint defuncti,

tantisper dum pristinæ uitæ statum recipiant, uiuere

se negent? Et sanè uix uiuit, cuius uita in unum se sic

est contracta, ut quemadmodum secum nata est, ita se

cum quoque intereat, ac non etiam liberorum propagatione

se dilatarit. Ergo si uiuere non solum utile, uerum etiam facile & iucundum est, matrimonium quoque

sine quo uita non est uitalis (ut ar enim Ennij uerbo)

sit utile, sit facile, sit iucundum, sit modis omnibus ex-

**Necessitas** peccandum. Atque adeo mirari succurrit hic, delibera-

matrimonio adhuc, perinde ac si non in manifesto sit, matrimonium

rem adeo etiam necessariam esse, ut sine ea non

gens ulla, non ciuitas, non uicus, non domus, non ulla

**Cosequentia** societas, non denique ipsum genus humanum ulla ratione

contra queat consistere. Finge oës hoc animo esse, quo sunt,

matrimonio abhorrent: quæ so te non intra paucos annos.

annos genus humanū omne funditus sine ulla recre-  
scendi spe extirparetur? Peccant sanè in ipsum ge-  
nus humanum, qui à matrimonio re modis omnibus  
necessaria deterriterent. Pecco et ipse, qui in remanife-  
stissima, & quæ oēm deliberationem præscidit, suiq;  
necessitatē scū adfert, tantum uerborū prodegerim.  
Nam si uxorem ducere tantum honestum, tantum uti-  
le, iucundum, facile, & non etiam necessarium esset,  
excusationem inueniret longior oratio. Nunc cū hæc  
omnia simul urgeant atq; adeò cogant ad matrimoni-  
um, uerbum præterea nullum addam. Vtile autem fuc Preceptio  
rit adolescentibus huius generis argumēta in utrāq;  
partem tractare. Nam matrimonii dissuadenti ingēs  
orationis sylva ex omnibus ferè inuentionū locis sup-  
editatur. Sed nos quo breuiores in præcipiendo effe-  
mus, exemplū alterū posuisse satis esse putabamus.

## DE LEGVM COMPROBATIONE,

refutationēq;

**M**agñæ olim ex legum rogationibus existebant Leges.  
contentiones, dum ex primoribus alius roga-  
tionem factam populo comprobabat, alius reprehē-  
debat. Quorum neutrum sine summa dicendi uire recte  
fieri potest. Que cauſsa fuit Rhetoribus, ut hanc le- Leges quo  
gum in utrāq; partem tractationem inter primas di modo re-  
cendi exercitationes ponerent. Reprehenditur autē prehen-  
sio his ferè rationibus, si eius latorem probabiliter dende-

120 PRAECEPT. DE PRIMIS

crimineris, si contrarium recte habere ostendas, si  
efficias, ut quod lege ipsa statuitur, pugnare videa=  
tur, partim cum alijs legibus, partim cum æquitate,  
partim cum utilitate. Si causam ob quam ferri videa=  
tur, parum ualere: si deniq; omnino fieri non posse:  
aut si posset, non sine periculo difficultateq; hoc tenta=  
ri. Eadem ratio in contrarium mutata in legibus com=  
probandis est seruanda. Exempla utriusq; exercitatis  
tionis subiecimus.

REPREHENSIO LEGIS IULIAE  
iubentis adulterum in ipsis celere de=  
prehensum statim occidi.

**B**oni uiri est prouidere, ne qua lex se uel ferente,  
uel comprobante perferatur, qua semel temere  
recepta, postea multis damnis datis, tamen sine graui  
Reipub. motu, atq; adçò omnium ordinum perturbati=  
tione abrogari nequeat. Quia prouidentia si unquam  
hoc certe tempore in primis opus est. Rogatur enim  
ea lex, que quoniam in auditu supplicij terrore adulte=  
rij licentiam coercet: primo quidem aspectu blandi=  
Reprehendetur, uerum si in futurum prospiciamus, uix quicquam  
suo latoris eque perniciosem ferri posse reperiemus. Quanquam  
autem Iulium Cæsarem, qui rogationis huius primus  
Julius Cæsar fuit autor uirum rei militaris peritia clarissimum, ade=  
oq; felicissimum imperatorem scimus omnes, tamen  
patriæ libertati que legibus uelut neruis suis consistit  
& conser-

& conseruatur, nunquam fuisse constat. Quis enim  
 libertati fauere credit eum, qui ad monarchiam suam  
 extuendam stabilendamq; arma cœperit aduersus  
 patriā? Cui probabile est libertatis oppressorem ad  
 leges ciuitati liberæ salutares ferendas accedere? Mi-  
 ror autē uchementer omnibus Cæsarī actis per eius  
 cœde senatus auctoritate factam, rescissis, hanc tamē **Pugnātiā.**  
 rogationem tantum ponderis apud quosdam adhuc  
 habere, & cuius casu Repub. erigere se cœpit, eius  
 legem tanquam è Repub. rogatā toties promulgari.  
 Quis autem non monstro simile putet, quem uiuū tot  
 armis tantisq; opibus imperare passi non sumus, in  
 eius iam demortui leges iurare? Quod si maiores no- **Exemplū.**  
 stri Tarquinium Collatinum, cuius opera auxilioq;  
 Brutos patriam nostram liberauerat, exulare non  
 ob alias causam, quam quod nomine, propinqua-  
 teq; Tarquinios reges attingeret, recte coegerē, quā  
 stulte nos fecerimus si cæsi iam tyranni leges ultro eti-  
 am amplectamur? Quod si æquitate niteretur hæc  
 rogatio, fortasse utile esset Lacedemoniorum pruden- **Lacede-**  
 tiā imitari, qui cum & bonae sententiae, sed à malo moni-  
 autore profectæ iacturam facere nollent, & malum= **Autoritas**  
 rititulo publica negotia contaminare religiosum du- **legis lato-**  
 cerent, eandem sententiam totidem uerbis ab optimo ris,  
 quodam & laudatissimo sene iterari iussérunt. Sed in  
 hac rogatione tam non est habita æquitatis ratio, ut **Contrariū**

quod cum ea pugnat, cum omnibus legibus consentiat  
 An non & naturae uis, & ius scriptum hactenus, &  
 mores ciuitatum indicta caussa damnare uetat que-  
 quam? Atqui rogatio hæc non solum indicta caussa  
 damnat, uerum ne die quidem dicta homines occidi-  
 postulat. Quod si leges prohibent premijs donarie e-  
 tiam eos, quorum uirtus certissimis documentis apud  
 iudices fuerit comprobata, quanto æquius est hanc re-  
 ligionem seruare in punicndis sceleribus? Prescritum  
 cum si alterum uitari nequeat, excusatus sit premiu-  
 m in totum male collocare, quam ad poenam tantillum  
 addi? Nam quod adultero impune esse nihil statuit,

**Simile.** non possum non probare. Quod uero poena iudicij  
 calculos non expectat, hoc sanè tam non possum lau-  
 dare, quam si, quæ lex iudiciorum corruptelas tollit,  
 eadem & iudicia euerteret. Sed grande, inquit, scœ-  
 lus est adulterium. Quis negat? At non tantum ut nō  
 sint alia maiora. An nō parricidæ peccant etiam gra-  
 uius? Non proditores patriæ? non sacrilegi? Atqui

**Refutatio.** hi, etiam si in scelere deprehendantur, ante iudicium  
**Maiorum compara-** cognitionem ad poenam non rapiuntur. Et solos ad  
 ulteros, quia impotentis cuiusdam amoris errore la-  
 buntur potius quam destinata malitia peccant, cauſſant  
 dicere non licebit? Qui patrem à quo creatus, altus,  
 educatus institutusq; est, occidit, cauſſæ dicendæ ius  
 habebit, qui uero mulierculam amore captus ita con-  
 tractauit,

treftauit, ut aliquoties alieni thorii ius nō uiolārit, fū= Consequē  
 rentis mariti zelotypiae trucidandus obijcetur? Cur  
 autem placet exemplū intromitti, cuius prætextu ple  
 rigy mariti in multorū innocentum perniciem magno  
 Reipub. malo sint abusuri? An difficile erit, si cuius  
 uite insidiemur, hunc arte aliqua domi nostræ aut  
 alibi apud uxorē deprehensum adulterij pretexts ne  
 care? Quoties autē à matronis parū pudicis ad stu= tia.  
 prum sollicitatur uel arte aliqua iuuēnū simplicitas? Exempla.  
 Quid si conditio abijs non accipiatur, clamore subla= Refutatio  
 to adulterij uim sibi afferri uociferantur. Hic ne iustū  
 erit, fortissimos iuuenes, nempe cupiditatē sœuissima= ab argu=  
 rum uictores, sic deprehensos à superueniente marito  
 necari? Atq talia plerumq; usu uenire, et Hebreorū  
 historie in Iosepho Iacobi filio, et Poëtarū fabulæ in  
 Hippolito declarant. Ad quem furorē autem non cō= mento rea  
 pellit maritos zelotypia semper suspicioſa, semper  
 anxia, semper in uitium credula? Sed interest Reip.  
 poenæ acerbitate homines ab adulterio deterrere. torto.  
 Recte, sed etiam atq; etiam uidendum, ne hoc totum  
 sit à me. Nam qui mora data poenam expectat, ei sup  
 plicum duplicatur, dum & supplicij metutor quetur,  
 & maiorem etiam quam est supplicij atrocitatem  
 imaginatur. Et malum impendens aliquoties horro= Sententia.  
 re suo grauius, quam ponderis ipsius sensu premit.  
 Quem uero casus aliquis ex improviso oppresscrit,

**Efecta.** is ruinam uix sentit. Siquidem cruciatus sensum surripit celeritas, ut in morte, quam non praeuideris, aut omnino nullus, aut breuiissimus sit sensus. Deinde qui clam necatur, eius supplicium paucis innoscit, quod tales easus ferè tegi soleant à propinquis et amicis. At qui publice accusatus, publice conuictus, publice etiā damnatus poenas dederit. is & se dignum exitium inuenit, & dum publicam infamiam subit, multis, ne simile quid audeant, triste quidem sed utile est exemplum. Similiter illud cauebitur, ne si clam necatur multis alia ex causa id factum calumniaturis suspicādi occasio relinquatur. Quin ergo si graue scelus est adulterium, adulter accusatur priusquam iudicetur, iudicatur potius quam sine iudicio damnetur, damnatur magis quam indammatus occidatur? Si leue, parum aequum est tanta poenae atrocitate in id animaduerti. Dixi pro Repub. non que uolui omnia, sed que pro temporis angustia potui. Vestrū erit, quid factū opus sit, statuere.

### COMPROBATIO LEGIS QVA apud Heluetios cauetur, ne quis iniunctione ad bibendum urgeatur.

**Exordiū.** **M**ulta quidem praeclare in sua dictione institutum fortissimi libertatis suæ defensores Helvetij. Sed nihil præclarius, nihil laudabilius, nihil Reip. utilius, quam quod ab illis nuper scitum est. Nam cū per

per ebrietatem passim peccari uiderent, ut aditus ad  
id uitij omnes præcluderet, in sua ditione statuerunt,  
ne cui deinceps alios uulgarium istarum invitationū  
prætextu ad ebrietatē solicitare impune liceat. *Quid*  
autem per Deum immortalem aut honestius aut præ Causa.  
clarior temperantia, atq; omnis uitæ moderatione? rium.  
Imò quid sine hac uel in ciuitatum curijs, uel populi  
concionibus, uel principum aulis, recte aut consult= Contrac-  
tur, aut consultum factō præstatur? Sed hæc in per= rium.  
uersa illa bibendi necessitate, quæ per invitationes il=  
las mutuas irrepit, uigere non potest. Citius enim Simile.  
ex pumice aquam hauseris, quam ebrio, sobrium aut  
dictum aut factum extorseris. Quod si sobrietas Franci-  
ac uitæ moderatio sola est, quæ omnium uirtutum of= Irenicus  
ficia parit, alit, conseruat ac tuetur: rursum ebrietas in exegesi  
omnem mentis usum peruerit, omnem uitæ humanæ German.  
dignitatem commaculat, an non uotis omnibus ex= in hac re  
petenda erit lex ea, quæ & susteret ebrietatem, & po consulen=  
tionis moderationem procuraret? Quid autem per= dus est.  
inde utilia, atq; in Repub. cauere, ne sit impunc illud, Effecta.  
cuius licentia omnia corrumpit, omnia perdit? Quid Exempla.  
enim tam emollit imò frangit, & animos, & cor= poracium, quā liberior cōmessatio compotatioq;  
An non Repub. Rhomana, quam diu frugalitatem ser= uauit, tam diu aduersum omnes hostium insultus inex= pugnabilis stetit? At posteaquam luxu certare inui-

cem coeptum, ita cecidit, ut ne ruinæ quidem uestigia aliqua supersint. Non Hannibal tum primum uinci coepit a Rhomanis, cum exercitum suum Campano luxu solui eneruariq; passus est? Vnde tot insaniores, tot supra? tot adulteria? nisi ex ociosorum hominum temulentia? Verum enim est illud, sine Cere-

**Proverbi=** re et Libero frigere Veneræ. Vnde tot rixæ? tot uilnera? tot cædes? nisi ex temulentorum compotationibus? Cui alij tot ac tantas rei familiaris dissipationes tot patroniorum abliguritiones debemus, quam conuiujs in cbrietatem solutis, atq; horum parenti luxui? Quæ res tam multos adolescentes aliqui fœlicissime natos, ab artium optimarum uirtutumq; cultu abducit, quam studium compotationum? Primum corporis otium, in quo ferè degunt, qui literis adhibentur, mater est uariarum cupiditatum. Quid si huic compotandi quoq; licentiam addideris, queso

**Comparā=** te, qui fieri potest, quin in animis parum firmis prodilicentia. uirtutum bonarumq; artium cultu, omnium libidinum seges sensim pullulescat? Quid si spes omnis in hac etate recte formada, uelut agricolis in herba, posita est nihil poterat ea lege excogitari utilius, que quod unum omnem eam spem semel praecidit, hoc tollit.

**Refutatio.** Neque enim audio eos, qui in tanto errantium consensus sensu nihil ualitur a legem iactant. Nihil enim uel recessius imperatur, uel facilius recipitur, q; quod tacitus

natura

naturæ sensus non potest non probare. Quis autem tam effrenatus, & ab omni humanitate remotus est, cui non rem recta via reputanti, supra quam natura postulet, ad alienæ stultitiae prescriptum bibere, & Repugnat naturæ inimicissimum, & fœdissimum esse videatur? tia per cō- Compotoris hominis priuati, puerilis & stultus affe- paratio- etus, ut me ipse ebrietatis probro afficiam persuade- nem- bit, & patriæ in cuius uerba iuratum est ab omnibus, equissima cunctisq; saluberrima lex, ut sobrie agam, me hominem esse meminerim, non impetrabitur? In Compota- gratiā nepotis alicuius immo dica potionē ita me pro- tio in gra- sternam, ut præter figuram humani mihi reliquum sit tiam homi nihil: & populi fortissimi, laudatissimiq; cui parere nis absur- summa est utilitas, legem omnium ornamentorum ui- da- tæ parentem & altricem recipere grauabor? Am- Epilogus. plectenda ergo omnibus ea lex, quan nihil neq; honesti us, neq; preclarus, neq; factio iucundius fortissimi po puli magistratus ferre potuere.

In Græcis inuenio & alia προγνωστικα, nempe ἀπογεις, sententias, comparationes, sed nobis uisum est parum utile nimis diu in his rudimentis de- tinere iuuentutem, maiori declamationum operi desti natam. Et Fabius, quem potissimum sequuti simus, L. 2. c. 4. partius etiam hæc attingit.

F I N I S.

IOANNES TRITTEMIVS ABBAS  
 Spanhaymensis in Catalogo Virorum  
 Ecclesiasticorum de Conrado Cel-  
 te scribit in hunc modum.

Conradus Celtis Protutius, ex Francia Germaniae oriundus, uir undecunq; doctiss. Philosophus clarus, Orator faciūdus, Astronomus & Cosmographus insignis, et è Germanis primus Poēta laureatus, diuinarū quoq; scripturarū nō ignarus, utriusq; lingue peritus, ingenio excellens, et disertus cloquio, scripsit tā metro q̄ prosa quædā p̄eclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit. In utrāq; Ciceronis Rhetorica epitomen, De laudib. eloquentie, De arte uersificādi, De cōdendis epistolis, De situ Nurebergæ, Peregrinationem Sarmaticā, Carminum libros 4. Amorum qui secundū 4. latera Ger. inscripsit libros 4. Panegyrim duci Bauariae. De vita S. Sebaldi, Germaniae sitū, Orationes uarias, & epistles multas, ad diuersos elegantiſſimas metro & prosa edidit, ac diuersa epigrāmata, & in Cosmographia, cuius scientiſſimus est, uaria scripsit, que posthac in lucem uentura confidimus. Viuit adhuc, annos etatis habens 35. ac uaria scribit sub Maximiliano Rhomnorū Rege illustrissimo, & summo Pontifice Alexandro sexto. Anno domini quo nos 1494. haec scribimus.

F I N I S.

# EORVM FER

ME OMNIVM, Q VAE RHETO  
res in orationem uenire adserunt  
ex Cicerone Index.

## DE OFFICIO ORATORIS ET generibus caussarum.



RATORIS officium est, de his rebus posse dicere, quæ res ad usum ciuilem moribus & legibus constitutæ sunt, cū assensione auditorū, quoad eius fieri poterit. Tria sunt genera caussarum, quæ recipere debet Orator, Demonstratiuum, Deliberatiuum, Iudiciale. Demonstratiuum genus est, quod attribuitur in alicuius certæ personæ laudem uel uituperium. Deliberatiuum, quod positum in consultacione habet in se persuasionem & dissuasionem. Iudiciale, quod positum in controuersia, habet accusationem in se, aut petitionem cum defensione. Quoniam igitur demonstratum quas caussas Oratorem recipere oporteat, nunc quemadmodum ad orationem possit Inuentio accommodari, dicendum uidetur.

Inuentio est rerum uerarum aut uerisimilium excogitatio, quæ caussam probabilem reddant. Cuius partes sex.

## PRIMA PARS INVENTIONIS.

Exordium, est principium orationis, quo animus auditoris aut iudicis constituitur uel apparatur ad audiendum. Ac primum, quo commodius exordiri possumus, quadruplex genus causae considerandum est.

Honestum, cum aut id defendimus quod ab omnibus defendendū uidetur, aut id pugnamus, quod ab omnibus oppugnari uidetur debere. Et quoties id agimus, licebit uti, uel non uti principio.

Turpe, cum aut honestares oppugnatur, aut defenditur turpis. Hic Insinuatione utendum.

Dubium, cū habet in se causā & honestatis & turpitudinis partē. Hic à benevolentia principiū cōstituemus.

Humile, cum res contempta affertur. Hic faciemus attentos auditores.

## EXORDIORVM DVO SVNT GE=

nera, Principium & Insinuatio.

Principium, quod Græce πρόοιμον appellatur. Est, cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id sumitur, ut auditores habere possumus attentos, dociles & beneulos.

Attentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatibus, uerba facturos: aut de ijs, que ad Rempub. pertineant: & si rogabimus ut attente audiat: & si numero exponemus res de quibus dicturi sumus.

Dociles habere poterimus, si summam causae breuiter ex-

ter exponemus, & si attentos.

Beneuelos quatuor modis facere possumus.

A nostra persona, si nostrū officium sine arrogantia laudabimus, si in Remp. quales fuerimus referemus.

Ab aduersariorum. Si eos in odium, inuidiam, aut con temptationem adducemus.

Ab auditorum, si res eorum fortiter, sapienter, man- suete, magnifice iudicatas proferemus.

A rebus ipsis, si nostrā caussam laudādo extollemus,

& aduersariorū per contemptionem deprimemus.

Insinuatio, que επωδώς dicitur, Est oratio cum qua- dam dissimulatione & circuitione obscure subiens ani- mum auditoris. Hac utendum erit,

1. Cum turpem habemus caussam, hoc est, cū ipsares animū auditoris à nobis alienat. Hic exordiemur.

1. dicendo hominem non rem, rem non hominem spectari oportere.

2. Cum rem diu auxerimus, nihil simile à nobis fa-ctum ostendemus.

3. Ad nostram caussam pedetentim accedemus, & similitudinem conferemus.

2. Cum animus auditoris persuasus esse uidetur abijs qui ante contradixerunt. Hic de eo quod aduersarij firmissimum sibi adumentum putauerint, primū nos dicturos pollicebimur, aut ab aduersarij dicto exor-diemur.

3. Cum defessus est eos audiendo qui ante dixerunt.  
Hic ab aliqua re quæ risum mouere possit, exordie=  
mur et promitteremus, aliter ac parati sumus non esse  
dicturos, nos non eodem modo ut ceteri soleant uer=  
ba facturos.

## SECVNDA PARS INVENTIONIS.

Narratio, est rerum gestarum, aut perinde ut gesta<sup>a</sup>  
rum expositio. Et est triplex.

Vna est, cum exponimus rem gestam, et unumquodq;  
trahimus ad utilitatem nostram uincendi caussa, quod  
pertinet ad eas caussas, de quibus iudicium futurum est,  
Altera, quæ intercurrit nonnunquam aut fidei, aut cri=  
minacionis, aut transitionis, aut alicuius apparitio=  
nis uel laudationis caussa.

Tertia, quæ à caussa ciuili remota est. Eius rursus  
duo sunt genera.

Vnum in negotiorum expositione positum, cuius  
tres sunt partes.

Fabula, quæ neq; ueras, neq; uerisimiles con=  
tinet res.

Historia, est res gesta ab ætatis nostræ memo=  
moria remota.

Argumētū, est res ficta, quæ tamē fieri potuit.  
Alterum in personis positū. Hoc debet habere ser=  
monis festiuitatē, animorū dissimilitudinē, grauita=br/>tem, lenitatem, spem, metū, suspicionē, desiderium,  
dissimulationem.

Narra=

*Inde incipiemos unde necesse erit, et  
non ab extremo repetemus.*

*Summatim, non particulatim narra-  
bimus, et non ad extremum prose-  
sequemur.*

*Narratio erit,  
brevis, si* *Transitionibus nullis utemur.*

*Non deerrabimus ab eo quod cæpe-  
rimus exponere.*

*Exitus rerū ita exponemus, ut ante  
quoq; que facta sunt, sciri possint.*

*Dilucida, Si ut quicq; primū gestum erit, ita primū ex-  
ponemus, et rerū ac temporū ordinē cōseruabimus.  
Verisimilis, Si ut mos, ut opinio, ut natura postulat,  
dicemus. Si spacia temporum, personarum dignita-  
tes, consiliorum rationes, locorū oportunitates con-  
stabunt. Ne refelli possit, aut temporis parum fuisse,  
aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse.*

### TERTIA PARS INVENTIONIS.

*Divisio causarum, in duas partes distributa est.*

*Primum enim per orata narratione, debemus aperire  
quid nobis conueniat cum aduersarijs, si utilia erunt ea  
que conuenient, et quid in controvērsia relinquatur.*

*Deinde cū hoc fecerimus, distributione uti debemus.  
Ea diuiditur in Enumerationem & Expositionem.*

*Enumeratione utemur, cum dicemus numero quod  
de rebus dicturi sumus. Eam plerunq; trium partium  
numero contineri oportet.*

Expositio ea est, cum res quibus de rebus dicturis situs  
mus, breviter exponimus & absolute.

QVARTA PARS INVEN-  
TIONIS.

Confirmatio est nostrorum argumentorum exposi-  
tio cum asseveratione. Hanc consequi poterimus, si con-  
stitutionem causae cognouerimus. Constitutiones igie-  
tur tres sunt.

I. Constitutio causae conjecturalis, quoties de facto con-  
trouersia est. Huius constitutionis ratio in sex partes  
distributa est.

• Probabile, per quod probatur reo expeditisse peccare,  
& à simili turpitudine hominem nunquam absuisse. Id  
diuiditur in Caussam & Vitam.

Caussa, quæ induxit ad maleficium commodorum spe,  
aut incommodorum evitacione, ut cum

Num quod commodum maleficio acquisierit.  
Num honorem, num pecuniam, num domina-  
tionem, num aliquam cupiditatcm amoris, aut  
queritur, huiusmodi libidinis uoluerit explere.

Aut num quod incommodum uitarit, inimici-  
tias, infamiam, dolorem &c.

Accusator in spe commodi, cupiditate au-  
gebit aduersarij, in evitacione incommodis  
formidinem.

Hic Defensor autem negabit caussam si  
poterit

poterit aut eam uehementer extenuabit.  
Deinde iniquum esse dicet omnes, ad quos  
aliquid emolumenti &c.

Vitam, que ex antefactis spectatur, in quo

Accusator primum considerabit, num quando simile  
quid fecerit, num quando uenerit in similem suspicionem,  
& in eo debet esse occupatus, ut ad eam causam pecca-  
ti, quam paulo ante exposuerit uita hominis possit acco-  
modari. Sin uehementer castus & integer existimabitur  
aduersarius, dicet facta non famam spectari oportere, il-  
lum ante occultasse flagitia.

Defensor primum uitam integrum demonstrabit si  
potuerit. Si non, confugiet ad imprudentiam, adolescen-  
tiam, uim, stultitiam &c. Sin nihil eorum poterit, utatur  
extrema defensione, & dicat se non de moribus eius apud  
censores, sed de criminibus apud iudices dicere.

2. Collationem, qua accusator id quod aduersarium fe-  
cisse criminatur, alij nemini nisi reo bonum fuisse demon-  
strat, aut alium neminem perficere potuisse, aut eū ipsum  
alijs rationibus aut non potuisse, aut non eque cōmode, aut

eū fugisse ratiōes ppter cupiditatē. Defensor econtrario-  
3. Signum, per quod ostenditur idonea perficiendi facul-  
tas esse quæsita. Id diuiditur in sex partes.

Locum, is quæritur, celeber an desertus? semper de-  
sertus, aut tum &c. Item sacer an prophanus? publi-  
cus an priuatus fuerit.

Tempus, id ita queritur, qua parte animi, qua hora,  
noctu an interdiu, qua diei, & qua noctis hora factum  
esse dicatur, & cuiusmodi temporibus.

Spacium, satis ne longum fuerit ad eam rem transi-  
gendarum, & sciret ne satis ad id perficiendum spaci-  
um futurum.

Occasione, Idonea ne satis fuerit ad eam rem adori-  
endam, an alia melior, que aut præterita sit, aut non  
expectata.

Spem perficiendi, ea spectabitur hoc modo, si que su-  
pradicta sunt signa cōcurrerint: si ex altera parte ui-  
res, pecunia, consilii, scientia, apparitio ostendetur.

Spem cœlandi, Hæc queritur ex conscijs, arbitris, ad-  
iutoribus, liberis aut seruis, aut utrisq;

4. Argumentum, per quod res coarguitur certioribus  
argumentis & magis firma suspitione. Id diuiditur in  
tri tempora.

Præteritum, in hoc oportet considerare, ubi fuerit,  
ubi uisus sit, qui cum uisus, num quid appararit, num  
quem conuenerit, num quid dixerit.

Instans, in eo queritur, num uisus sit cum faciebat, nu-  
qui strepitus, clamor, crepitus, exauditus, aut deniq;  
num quid aliquo sensu perceptum.

Consequens, num quid re transacta relictum sit,  
quod indicet aut factum esse maleficium, aut à quo  
factum sit.

3. Con-

4. Consecutionem, ea est cum queritur, quæ signa nocentis & innocentis consequi solcant.

Hic  
Accusator dicet aduersariorum cum ad eum uentum sit erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid, quæ signa conscientiae sunt. Si reus nihil horum fecerit, accusator dicet cum usq; adeò præmeditatum fuisse, ut fidentissime resistens responderet.

Defensor si pertinuerit magnitudine periculi non conscientia peccati cōmotum esse dicet. Si non pertinuerit, frētū innocentia negabit esse cōmotum.

5. Approbationem, qua utimur ad extremum confirmata suspitione. Ea habet,

Locos  
Proprios, quibus nisi accusator nemo potest uti, & quibus nisi defensor nemo potest uti.  
Communes, qui in alia causa ab reo, alia ab accusatore tractantur, ut a testibus cōtra testes, à quæstionibus contra quæstiones.

II. Constitutio causa Legittima. Cū ex scripto aut ex scriptis aliqd cōtrouersiae nascitur. Eius sex sunt partes.  
Scriptum & sententia. Ex his controvērsia nascitur, cum uoluntas scriptoris uidetur cum scripto dissentiere. Siigitur dicemus à scripto, his utemur locis secundum narrationem.

Primum scriptoris collaudatione.  
2. Scriptirecitatione.

3. Percunstatione, scirent ne aduersarij id scriptum fuisse in lege, aut testamento, aut stipulatione.
4. Collatione, quid scriptum sit, quid aduersarij se fecisse dicant, quid iudicem sequi conueniat, utrum id quod diligenter &c.
5. Ea sententia quae ab aduersarijs sit excogitata, & scripto attributa, contemnetur & infirmabitur.
6. Quæretur quid ei obsuerit, si id uoluisset adscribere, ut non potuerit perscribere.
7. A nobis sententia reperietur, & caussa proferetur, quare id scriptor senserit, quod perscripsit, & dicitur scriptum dilucide, breuiter, commode, perfecte, certa cum ratione.
8. Exempla proferentur, quæres cū ab aduersarijs sententia redderetur, & uoluntas afferretur, à scripto potius iudicatæ sint.
9. Ostendetur quād periculosem sit à scripto recedere.  
A sententijs sic dicemus.
- Primum laudabimus scriptoris commoditatem atq; breuitatem, qui tantum scripsit, quantū necesse fuerit.
2. Dicemus calumniatoris esse officium, uerba & literas sequi, negligere uoluntatem.
3. Id quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non legi, non more &c. quæ omnia scriptorem uoluisse quam rectissime fieri nemo dubitet.
4. Contrariam sententiam dicemus aut nullam esse, aut sibi

stulta, aut iniusta, aut non posse fieri, aut non constare &c.

5. Exemplorum à uoluntate & contra scriptum iudiciorum, enumeratione uteatur.

6. Stipulationum & legum breuiter exceptarum, in quibus intelligitur scriptorum uoluntas & expositio.

Contrariæ Leges, Cum alia lex iubet aut permittit, alia uetat quipiam fieri. Hic uidendum est.

Primum, Num quæ abrogatio uel derogatio sit, & num ita dissentiant, ut altera iubeat, altera uetet, an ita ut una cogat, altera permittat.

2. Nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione uteatur.

3. Contrariæ legis enodabimus uoluntatem, & eam trahemus ad nostræ caussæ commodum.

4. De iuridicali absoluta sumemus rationem iuris, & queremus partem iuris, utrum cū ea faciat.

Ambiguum, quando scriptum duas aut plures sententias significat, in hoc.

Primum, si ne ambiguum querendum est.

Deinde, quo modo scriptū esset, si id quod aduersarij interpretantur, scripto fieri uoluisset.

Tertio, id quod nos interpretetur & fieri posset & honeste, recte, lege &c. Quod aduersarij interpretantur econtrario.

Definitio, cum in contiouersia est quo nomine factum appelletur. Cum igitur hac uteatur.

## INDEX

Primum, uocabuli sententia breuiter et ad utilitatem accommodata caussæ describetur.

Deinde, factum nostrum cum uerbi descriptione contingetur.

Tertio, contrarie descriptionis ratio refelletur, si falsa erit, aut turpis, aut inutilis, aut iniuriosa.

TRANSLATIO, cum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicet. In hoc queritur,

Primum, Num aliquis eius rei actionem, petitionem aut executionem habeat, quem non oporteat.

Deinde, Num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio querente aut agente.

RACIOCINATIO, cum res sine propria lege uenit in iudicium, quæ ab alijs legibus similitudinem quan dam aucepatur, queritur in hac,

Primum, Ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similib. similiter scriptū, aut iudicatiū sit.  
2. Vtrum ea res similis sit ei rei, de qua queritur, an dissimilis?

3. Vtrum consilio de ea rescriptum non sit, quod uoluerit cauere, an quod satis cautū putarit, propter cæterorum scriptorum similitudinem.

III. CONSTITVTIO caussæ judicialis ea est, cum factum conuenit, sed ure an iniuria factum sit queritur. ius partes due.

Vna Absoluta, Cum id ipsum quod factū est, ut aliud nihil fortis assumatur recte factum esse dicemus. De hac, causa posita dicere poterimus, si ex quibus partibus ius constet cognouerimus. Constat autem ius ex his partibus.

Natura, ius est, quod cogitationis, aut pietatis causa obseruatur, quo iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur.

Lege, ius est, id quod populi iussu sancitum est, quod genus, ut in ius casum uoceris.

Consuetudine, ius est id, quod sine lege, æque ac si legittimum sit, usitatum est, quod genus, id quod argentario obtuleris &c.

Iudicato, de quo sententia lata, aut decretum inter positum. Ea sepe diuersa sunt, ut aliud alij iudicii, aut prætori, aut consuli placitum sit.

Ex aequo & bono, ius constat, quod ad ueritatem utilitatem communem uidetur pertinere, quod genus, ut maior annis lx. cognitorem det.

Ex pacto, ius est, si quid inter se pepigerint, si quid inter quos conuenit.

Altera assumpta, cū per se defensio infirma est, sed sumpta extraria re probatur. Eius partes sunt 4. Concessio, Remotio, Translatio, Comparatio.

CONCESSIO, cum reus postulat sibi ignosci. Ea dividitur in Purgationem, & Deprecationem.

Purgationem, quæ est cū consulto se negat reus fecisse. Eadiuiditur in necessitudinē, in qua cōsiderandū.

1. Num per culpam uentum sit in eam necessitudinem, num culpam ueniendi necessitudo fecerit.

2. Ec quo modo uis illa uitari potuerit ac leuari.

3. Expertus ne sit qui in hanc, causam consert, quid contra facere, aut excogitari posse.

4. Num quæ suspitiones ex cōiecturali trahi possint, quæ significant id consulto factum esse.

5. Si maxime necessitudo quæpiam fuerit, conueniat ne eam idoneam satis causam putari.

In Fortunam, Hic eadem omnia uidentur consideranda, quæ de necessitudine præscripta sunt.

In Imprudentiam, quæretur hic,

1. Vtrum potuerit scire, an non potuerit?

2. Vtrum data sit opera ut sciretur, an non?

3. Vtrum casu nescierit, an culpa. Nam qui propter uinū, aut amore, aut iracundia &c.

4. Coniecturali constitutione quæretur, utrum scierit, an ignorauerit, & satis ne &c.

Deprecationem, quæ est, cum & peccasse, & consulto fecisse confitetur, & tamen postulat ut sui misericordantur. Hoc in iudicio non ferè potest usu uenire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa recte facta esse constat.

Remotio criminis, Cum à nobis non crimen, sed culpam ipsam

ipſam amouemus, & peccati cauſam conſerimus uel in  
Hominem, Hic querendum.

1. Potuerit ne tantum, quantum reus demonſtrabit, is in quem cauſa conſeretur.
2. Si maxime ita sit, num care concedi reo conueniat, quod alieno inducſuſ fecerit.
3. In coniecturalem trahetur controuerſiam, & quæretur, num conſulto factum sit.

Rem quampliam. Hic eadem ferè & omnia que de neceſſitudine præcepimus, conſideranda ſunt.  
Translatio, Cum feciſſe nos non negamus, ſed aliorū pecatatis coactos eſſe dicimus. In hac querendum eſt,

Primum, uere ne in aliud crimen transferatur.

2. An eque magnum ſit illud peccatum, quod in aliū transferatur, atq; quod reus fuſcepitur dicatur.
  3. Oportuerit ne in ea re peccare, in qua aliis ante peccārit.
  4. Oportuerit ne ante iudicium fieri.
  5. Cum factum non ſit iudicium de illo crimine, quod in aliud transferatur, oporteat ne de ea re iudicium fieri, que res in iudicium non uenit.
- Comparatio, cum dicimus neceſſe fuſſe alterum facere, et id quod ſecerimus ſatis fuſſe facere. Hic queri conuenit.
1. Utrum fuerit utilius ex contentione, hoc eſt, utrum facilius, uenustius, conducibilius.
  2. Ipm oportuerit ne iudicare, utrum fuerit utilius,

an aliorum fuerit utilius statuendi potestas.

3. Interponetur ab accusatore suspicio, quare putetur dolo malo factum.

4. Potuerit ne uitari ne in illum locum ueniretur.

Verum hoc loco memineris lector, constitutione reperita, statim querendam rationem defensoris, & deinde firmamentum accusatoris, ex quibus coniunctis quaestio iudicij nascatur oportet, quam nos iudicationem, Graeci ορινόμενον appellant.

Quoniam quibus argumentationibus in uno quoque genere causse iudicialis uti conueniat, in figuram superiorem coniectum est: nunc sequi uidetur quemadmodum ipse argumentationes ornate & absolute tractentur. Ab solutissima igitur et perfectissima est argumentatio, cuius quinq; sunt partes.

Propositio est oratio, per quam ostendimus sicutnam quid sit, quod probare uolumus.

Ratio est, quae demonstrat uerum esse quod intendimus breui subiectione.

Rationis confirmatio, Est ea, quae plurimis argumentis corroborat breuiter expositam argumentationem. Exornatio, est qua utimur rei honestandae & collocuplantiae causa confirmata argumentatione, Complexio, est quae concludit, breuiter colligens partes argumentationis.

DVO sunt genera uitiosarum argumentationum

Vnum

Vnum quod ab aduersario reprehendi potest, id quod  
pertinet ad causam.

Alterum quod tametsi nugatorium sit, tamen non in=  
diget reprehensione. Horum omnium exempla non ut  
imitareris, sed ut notata minore negotio deuitares,  
oppidò quā libens ad scripsissim, si per chartæ angu  
stiam licuisset. Propterea quod earum cognitio dupli  
cem adserat utilitatem. Nam & uitare uitium in ar=  
gumentatione admonet, & ab alijs non uitatum com  
mode reprehendere docet. Ex ipso igitur Cicerone  
eas petas licebit.

### QVINTA PARS INVEN TIONIS.

CONFUTATIO, est contrarior locorū disolutio. Et  
quia ex eisdem sumitur locis, quibus confirmatio, quem=  
admodum ad causas deliberatiuas & demonstratiuas in  
ventionem rerum accommodari conueniat, hic in tabu  
lam conferamus.

GENVS deliberatiuum. Deliberationum duæ sunt  
diuisiones.

Prima, Delibera= { Partim sunt huiusmodi, ut queran  
tiones.

tur, utrum potius faciendum sit

Partim, ut quid nam potissimum

faciendum sit.

**Secunda, Deliberationes.** Partim propter se sunt cōsultāde.  
Partim propter aliquam extraneam caussam.  
Partim & propter se sunt deliberandae, sed magis propter extraneam caussam uenient in consultationem.

**Omnes rationes eorum qui sententias dicent, finem si bi conuenit proponere utilitatis. Cuius in ciuili consultatione due sunt partes, Vna Tuta, altera Honestata, quæ conficit instantis aut consequentis periculi uitiationem qualibet ratione. Hæc distribuiuntur in Vim & Dolum.**

**In Vim,**

**Quæ discernitur per** Exercitus, classes,  
Arma, tormenta.  
Reuocationes hominum,  
& alias res huiusmodi.

**In Dolum,**

**Qui consumitur in** Pecuniam, pollicitationes, dissimulations, maturations,  
Mentiones, & ceteras res.

**Honestatæ diuiditur in Rectum & Laudabile.** Rectum

Rectum, quod cum uirtute & officio fit. Eius partes.

Quatuor. { Prudentia est calliditas quedam, quæ potest delectum habere honorū & malorum.  
Iustitia est æquitas ius unicuique tribuens pro dignitate cuiusq;  
Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerum humilium contemptus.  
Modestia est in animo, continens moderationem cupiditatum.

Laudabile, quod conficit honestam & præseniem  
& consequentem commemorationem.

Genus Demonstratiuum diuiditur in laudem & uituperationem, quæ possunt esse Externarum rerum,  
Corporis & Animi.

{ Externarum rerum, ut sunt ea, quæ casu aut fortuna, secunda, aut aduersa accidere possunt, ut Genus, Educatio, Divitiae, Potestates, Glorie, Ciuuitates, Amicitiae, & quæ huiusmodi, & quæ his contraria.

Corporis, ut sunt ea, quæ natura attribuit corpori commoda, uel incommoda, ut Velocitas, Vires, Valetudo, Dignitas, & quæ contraria sunt.

Animi, ut sunt ea, quæ consilio & cogitatione nostra consistunt.

Vt      { Prudentia.  
       Fortitudo.  
       Iustitia.  
       Modestia.  
       & quæ contraria.

## SEXTA PARS INVENTIONIS.

CONCLUSIO, quæ græce ἐπίλογος dicitur, est artificiosus terminus orationis. Et est tripartita. Nam constat,

I. Enumeratione, per quam colligimus & cōmoneamus, quibus de rcbus uerba fecerimus breuiter, ut renouetur, non redintegratur oratio & ordine, ut quicquid erit dictum referamus. In hac curandum est, Primo, ne ab exordio, aut à narratione repetatur orationis dinumeratio. Ficta enim & dedita opera comparata oratio uidebitur esse artificij significandi, ingenijq; uenitandi, & memorie ostentande causa. Quapropter initium iu Enumeratione à diuisione sumendum. Deinde ordine breuiter exponendæ sunt res, quæ tractatæ crūt in confirmatione & confutatione.

II. Amplificatione, quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur. Loci communes, ex decem præceptis cōmodis. sumuntur, ad augendi criminis causa.

Primus locus sumitur ab autoritate, cum commitemus

moramus quanta curæ eares fuerit, dijs immortali-  
bus, maioribus nostris.

Secundus. Cum consideramus illa de quibus criminamur, ad quos pertineant, utrum ad omnes, an ad supe-  
riores, ad pares, an ad inferiores.

Tertius, Quo percunctamur quid sit clementum, si  
omnibus idem concedatur, & eare neglecta, ostende-  
mus quid incommodorum consequatur.

Quartus, quo demonstratur, si huic sit remissum, mul-  
tos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expe-  
ctatio iudicij remoratur.

Quintus, Cum ostendemus, si semel aliter iudicatum  
sit nullam rem fore, quæ incommodo mederi, aut per-  
peram factum corrigere posse.

Sextus, cum ostendemus ex consulto factum, & dice-  
mus uoluntario facinori nullam excusationem, impru-  
dentiæ iustum deprecationem paratam.

Septimus, cum ostendemus tetrum facinus, crudelie,  
nefarium, tyrannicum esse, quod genus iniurie mulierum.

Octauus, Quo ostendimus non vulgare, sed singulare  
esse maleficium, spurcum, nefarium, & inusitatum,  
quo maturius vindicandum sit.

Nonus, Cum dicemus per comparationem, maius esse  
maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum læde-  
re: quod alterum propter ægestatem, alterum propter  
intemperantem superbiam fiat.

Decimus, Quoties omnia que in negotio gerendo  
acta sunt, quæq; rem consequi soleat, exponimus acri-  
ter & criminose & diligenter, ut agires & gerine-  
gotium uideatur.

III. Commiseratione, Nam breuem esse oportet. Nihil  
enim lachryma citius arescit. Misericordia igitur com-  
mouebitur auditoribus.

1. Si uariam fortunarum commutationem dicemus, si  
ostendemus in quibus commodis fuimus, & quibus in  
incommodis simus comparatione.

2. Si quæ nobis futura sunt, nisi caussam obtinebimus,  
enumerabis & ostendemus.

3. Si supplicabimus & nos sub eorū, quorum miseri-  
cordiam captabimus, potest atem subijcimus.

4. Si quid nostris parentibus, liberis, cæteris necessa-  
rijs casurum sit propter nostras calamitates aperi-  
mus, & simul ostendemus illorum nos solicitudine,  
& miseria, non nostris incommodis dolere.

5. Si de clementia, humanitate, misericordia nostra,  
qua in alios usi sumus aperiemus.

6. Si nos semper aut diu in malis fuisse ostendemus.

7. Si nostrum fatum aut fortunam conqueremur.

8. Si animum nostrum fortem, patientem incommo-  
rum ostendemus futurum.

F I N I S.

# DRAGMATA

LOCORVM TAM RHETORICO-

rum, quam Dialecticorum unà  
cum exemplis, ex opti-  
mis quibusq; Auto  
ribus de prom  
ptis.

Exempla      Coniecturalis.  
status      Finitiui.  
                Qualitatis.

AVTORE CHRISTOPHORO  
Hegendorphino.

# DE LOCIS DIALECTICIS ET RHE=

toricis?

**L**ocus est argumentis sedes, autore Cic. in Topicis.  
Argumentum uero est, quod rei dubie facit fidem.

## LOCI PERSONARVM.

**G**enus, Cicero in oratione pro Sestio, parente P. Sc̄a  
Ḡstius est natus, et sapientia & sanctio & severo. Chre  
mes in Heaut. apud Teren. Id quod est consimilis mori  
bus, conuinces facile ex te natum. Ver. in 2. Aeneidos,  
At non ille satum, quo te mentiris, Achilles  
Talis in hoste fuit &c.

Natio. Ciceronis. Philipp. Iudices legit. Gr̄cos. O  
consensu iudicium praeclarum. Idem in Ora. pro L. Syl  
la, Licet ipsi nos amemus, tamen nec calliditate Poenos,  
nec artibus Gr̄cos superramus.

Patria. Plin. lib. Epistolarum 3. epistola que incipit,  
Petis &c. Patria est ei Brixia ex illa nostra Italia &c.  
Sic Ioannis primo, A Nazaret potest aliquid boni esse?  
Aetas. Sic apud Teren. Amauit, dum aetas tulit. Item,  
Que sit eius aetas, uides. Cic. in ora. pro Rabirio, Adfert  
aliquem deprecationem aetas, qua tum fuit.

Sexus. Chremes apud Comicū, Oh pergin' mulier esse?  
Educatio, et disciplina. Thais in Enucho Teren. Educta,  
ita uti

ita ut te illaq; dignum est. Cicero in oratione, post reditum ad Senatum habita, Habet autem magistros nō ex ineptis &c.

Habitus corporis. Cicero in oratioe pro Roscio.  
Nonne ipsum caput & supercilia penitus abrasa ole  
re maliciam, & clamitare calliditatē uidentur. Idem  
in oratione, qua Senatui gratias agit, post reditum,  
Processit madenti coma, composito capillitio, graui-  
bus oculis, fluentibus buccis &c.

Fortuna. Nec enim idem credibile est in diuite ac  
paupere, propinquis, clientibus abundante, & his o-  
mibus destituto. Thais apud Terent. in Eunicho, Imo  
haec cogitato, qui cum restibi est, peregrinus est, mi-  
nus potens quam tu, minus notus, amicorum hic ha-  
bens minus.

Conditio, in qua distantia est, clarus an obscurus,  
Magistratus an ciuis, pater an filius, ciuis an peregri-  
nus, seruus an liber. Terent. in Phormione. Seruum  
hominem leges orare non sinunt. In Eunuch. An pau-  
lulum est uirginem uitare ciuem?

Animi natura. Etenim avaritia, ira, iracundia, mi-  
sericordia, crudelitas, seueritas, afferunt frequenter  
fidem, & detrahunt. Cicero in oratione de responsis  
Auruspicum, Non feci iratus, nihil impotenti animo,  
nihil non diu consideratum.

Victus, nam frugi an sordidus sit queritur. Cic.

pro Roscio, Qua in re prætero illud, quod nihil maximo argumento, ad huius innocentiam esse poterat, in iunctu arido, in hac horrida inculpatione uita maleficia digni non solere. Simo apud Teren. in Andri. Primum hæc pudice uitam, parce ac duriter agebat.

Studia Cic. li. Epist. 13. Iampridem in eo genere studij, literarumque uersatur, satis facere immortalitatem cupit &c.

### LOCI RERVM.

Finitio, quæ est cuiusque rei breuiter & absolute complectens oratio. Hec cum re definita conuertatur oportet, ut si animal rationale est, igitur homo est, si homo, igitur animal rationale. Tumultus est perturbatione tanta, ut maior timor oriatur, Cic. in. s. Phil.

### LOCI DIALECTICI.

Ab Etymologia, id est, nominis interpretatione. Cic. in Verrina actione, Sed repete ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres. Cicero in II. Philip. Lysidicum ipsum in græco uerbo, qui omnia iura dissoluit. Idem in primo Offi. Credamus, quia sedat quod dictum est appellatam fidem.

A finitione, quæ essentiam rei explicat, ut animal rationale est, igitur homo, affectus bonus est, igitur uirtus.

A finitione causas notante, exortus solis est, dies igitur est. Item lex est quod populus Romanus senatorio Magistratu

Magistratu interrogāte, ueluti consule, constituebat.  
A finitione ex accidentibus, ut Psitacus est avis ui-  
ridis, rostro adunco, torque insigni in senecta, que al-  
tero pede cibum tenens uescitur.

A genere, quod ad probandam speciem minimum  
ualet plurimum ad reuellendum. Ut non sequitur bel-  
lum, est ergo tumultus. Ci. in s. Philip. potest enim bel-  
lū esse sine tumultu, tumultus esse sine bello nō potest:  
A specie ad genus, ut iustitia est, igitur uirtus est,  
tumultus est igitur bellum est.

A differentia, qua genus deducitur in species, à dif-  
ferentia, & equaliter infertur & remouetur species,  
quā constituit. Genus autem cōprobatur, non impro-  
batur: nam si sentit, est animal, si ratione caret, ho-  
mo non est. Ratione caret, igitur & animal est. Nam  
ratione caret, non statim animal non erit. Cice. 13.  
Philip. Sed quoniam ab hoc ordine, non fortitudo so-  
lum, ueruetiam sapientia postulatur, quanquam uix  
uidetur haec posse sciungi, sciungamus tamen. Forti-  
tudo dñe dicare uobis, iustum odium incendit, uocat ad  
periculum. Quid sapientia & cautoribus uitetur con-  
silijs, in posterum prouidet.

A proprio. Si tyrannicide proprium est tyrannū  
occidere, hic tyrrnum occidit, igitur præmio do-  
nandus.

A Voto inferuntur partes, non remouentur, ut

356 DE LOCIS DIALECTICIS

Si tota Respub. consilio gubernanda est, ergo et domus, et unusquisq; cuium. Aliquando si partes uniuersae colliguntur, totum inferunt: si uniuersae colliguntur, totum auferunt, ut parietes sunt et tectum, igitur domus est.

A causa efficiente, id est, aut persona, aut re effidente aliquid: ut, Si sapientia virum bonum facit, ipsa bona est: et, Si uoluptas infamia gignit, igitur fugienda.

A materia, qua sublata, effectus necessario auferatur: ut, Lignum nullum habuit, nec naues igitur potuit fabricare.

A forma, id est, ipsius materie specie.

Vergilius.

Quoniam tibi pocula ponam  
Fagina, calatum diuinum opus Alcimedontis.

Lenta quibus torno facilis super addita uitis  
Diffusos hædera uestit pallente corymbus

In medio, duo signa Conon, et quis fuit alter et  
A fine. Felicitas est expertenda, igitur et virtus.  
Non malum est uiuere, igitur nec comedere. Bona est  
pax, igitur et bellum utile.

Ab usibus. Tueri uitam licet, igitur et gladium  
ferre. Veterem Theologiam scire pulchrum, ergo et  
Poetas didicisse, pulchrum erit.

A pugnantibus. Virtus est, igitur malitia non est.  
A priuatue oppositis: ut, Cæcus est, nunquam igitur uidebit.

A contra

A contrarie oppositis. Si amandus qui bene meretur, odio prosequendus, qui male. Si fides iustificat, opera iustificare qui possunt?

A relative oppositis. Si fateris à me tibi creditam pecuniam, ergo debes.

A cōtradictorijs. Petrus scribit, Petrus nō scribit.

A coniugatis (Coniugata nomen acceperūt, quod uerba uocis similitudine, sub unum quasi iugum sunt deuincta) apud Tercen. in Heau. Homo sum, humani nihil à me alienum puto.

A Disparatis (Disparata sunt, quæ genere distant, Disparata uel sub eodem posita, diuersis uel proprijs effrūtur) ut si homo est, igitur non est asinus. Tu cum decem pondo argenti posueris, qua fronte aurit tantundem rependis.

A casibus (nam Aristoteles locum illum à coniugatis separat) ut si ingratitudo turpis est, igitur turpiter facis, qui benemerito gratiam non rependis.

A divisione, quæ sit aut per negationem, aut partitionem. Per negationem hoc modo: Aut utile est bellum indicare aut non. Sed non est utile bellum inferre, igitur quiescere utile est. Per partitionem, totus monstrum est, oculi, pedes, manus, labra, monstrum præseferunt, igitur &c.

Ab adiunctis, sic Cicero docet Catilinam malum aliquid publicum meditari, quoniam angustia rei fami-

liaris prematur. Colligit Hasdrubal apud Varū flu-  
mum, actas esse copias Romanorū, quoniā strigo-  
fiōres equos, coloratiōra corpora uidet. Item si poē-  
ta est, igitur lasciuus.

Ab antecedētibus, ut Clodium, ait Cicero dixisse,  
Milonem triduo peritum. Item Clodium secum ha-  
buisse comites,

A consequentib⁹. Sic aliquem admississe cedem  
probabimus, quod fugam, uel latebras, uel armā cir-  
cumspexerit.

A iudicio uel auctoritate. Cic. pro Gn. Plan. Ete-  
nī Marci Catonis illud quod in principio scripsit  
originum suarum, semper magnificum & precla-  
rum putavi, clarorum uitiorum atq; magnorum, non  
minus quam negocij rationem extare oportere.

### LOCI RHETORICI.

A simili Cicero in s. Philip. In corpore si quide-  
iusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uiri ac seca-  
ri patimur membrorum aliquod potius, quam totum  
corpus intereat. Sic in Repub. corpore, ut totum sal-  
uum sit, quicquid est pestiferum amputetur,

A maiori. Parenti non obtemperat & audiet alienū?  
Qui fallere insueuerit patrem, tanto magis audebit  
ceteros, apud Comicum.

A minori, si siarem cedere licet, ergo & latronem.  
Hic paruę consuetudinis caussa, mortem huius tam  
fert

Fert familiariter, quid mihi faciet patri? In Andria.

Ex pari, silex parricidam damnat, ergo & matricidam, si patri in filium ius est, igitur & in filiam.

Ab exemplo	Simile	Est.
	Contrarium	
	Maius	
	Minus	

Simile, Iure occisus Saturnius, quoniam & Gracchus. Vide Ciceronem pro Milone.

Contrarium, Brutus filios proditionem molientes occidit, Manlius uirtutem filij morte multauit. Marcellus ornamēta Syracusis restituit, Verres eadem socijs abstulit.

Maius. Si propter matrimonium uiolatum, Troia funditus excisa est, qui fieri adultero par est?

Minus. Tibicinae cum ex urbe recessissent, publice sunt reuocati. Ciuitatis primores qui bene de Republica meriti sunt, ab exilio non reuocandi sunt? Cicero pro P. Sestio. Ergo hominis desperati & proditoris Reip̄ casum lugebunt fortasse, qui uolent, Cuius florētissimi & optime de Repub. meriti, periculum lugere senatui non lucebit?

A loco. Cicero in. 5. Philip. Illud uero deterrimū auditu, non modo aspectu, in cella Concordiae collocari armatos, ē templo carcerem fieri?

A tempore. Nūc hæc dies, aliam uitā, alios mores postulat.

303 DE LOCIS DIALECTICIS.

Exempla statuum.

Quid Status.

Est summaria sententia de qua litigatur.

Quot Status.

Tres, Coniecturalis, Finitius, Qualitatis.

Coniecturalis cur?

Quia coniecturis quibusdam nititur.

Ratio status Coniecturalis.

Loci accusatoris sunt.

Personæ qualitas

Voluntas,  
cuius duo,

Causa inducens  
ad suscipiendum  
facinus, cuius  
quoq; loci duo,

Impulsio, est adfe-  
ctus animi, ira &c.

Ratiocinatio, que  
à spe commodorum  
ducitur.

Comprobatio, cum docemus ad solum reum per-  
tinuisse commoda.

Potestas, que circumstantijs constat, loco, tempo-  
re, viribus, & signis.

Exemplum est in oratione Ciceronis pro Milone,  
quod nisi bene longum esset, adscripsisset.

Exemp

## Exemplum status Coniecturalis.

**C**onquestus est apud me, Iudices, Phania uicinus  
meus, sibi die ab hinc tertio, dum in templo sa-  
cris adest, domi ducentos aureos ex arca surreptos,  
consuluitq; me, an ne ego, qui tantum facinus facere  
ausus sit, suspicer. Ego, quamvis non soleo suspicioni  
bus homines infames reddere, tamen cum ille adeò im-  
potenter ducentorum aureorum iacturam ferret, nō  
potui non meas suspiciones in illius sinum effundere,  
quæ cum hominu mire probabiles uidarentur, instat,  
urget, imperat, ut eas apud uos iudices rememorare,  
si quid, iudices, hac in re à me peccatur, non tam meæ  
importunitati, quām improbis amici precibus, impu-  
tate. Adhoc, si suspiciones meæ quas amicus ille dolo-  
re fortasse amissæ pecunia magis, quām iudicio pro-  
bavit, non consentaneæ uidebuntur, quæ uestra est fa-  
cilitas, utriq; nostrum ignoscite, illi, quod dolore ui-  
ctus, coniecturas euanidas apud uos me exponere co-  
egerit. Mihī uero, quod amico tā improbe à me istud  
qualecunq; est officium postulanti, negare non potue-  
rim. Sed iam in rem præsentem ueniamus, habitat in **Proposi-**  
**tio** **coiect.**  
uico sceleris quidā, nomine Verres, qui mihi, ni pror= sus conieclura fallor, illam, quanta quanta est, pecu-  
niam surripuisse uidetur: nam ab ineunte ætate incre-  
dibili surandi studio fuit, et se hac una arte, homo cō A qualita-  
tionis malignæ, aluit. Et ut proprius ad rem acce= te psonæ.

dam. In ipsis serijs Apostolorum Petri & Pauli, mihi  
 è templo rectà domum redeunti, in Platea Petri, Ver-  
 res ille fit obuiam, qui, ubi me uidet, illico rubescit, uil-  
 tum demittit, haud dubie lubenter per aliam uiam de-  
 flexurus, si per pudorem ausus fuisset. Cum ad homi-  
 nem proprius accedo, illum saluto, quò eat, quid rerū  
 portet (nam erat suffarinatus) percontor, ille, ne-  
 scio quid submurmurans, à me abu. Cum domum ad-  
 uenio: rumor ad meas accedit aures, uicinum nostrum  
 Phaniam, ducentos aureos ex arca perdidisse, ubi ego  
 illico mecum. Atat, Verres ille, si quispiam aliis, illos  
 aureos sublegit. Concurrunt cōiecturæ multæ, Initio,

**C**oniectu- quòd Phania, dum sacrī adeſt, nemine domi relicto,  
 ræ. reperta domo reclusa, niſi quòd pessulū, suo loco mo-  
 tum uiderat, aureos illos subtractos fatetur: deinde q̄  
 uix ullus in tota urbe sit, q̄ in Phaniæ domo crebrior  
 fuerit: q̄ uix ullus hic degeat, cui Phania crebrius suas  
 opes ostentārit, adeò etiam, ut Phaniam crebro mone-

**A** consue- re uoluerim, ne uulturi famelico prædam alicui oſten-  
 tudine. taret, ſed repreſſi me, ne ſibi Verrem omnium hor-  
 rum, ut crebro dictabat, hominem inuidere uiderer.

**A** fortuna co pauperior, breui nescio quo modo, Crasī opes oſ-  
 tentare coepit, è pannoso bene uestitus prodijt, ille,  
 qui olim olera & pifciculos minutos emebat ſibi in  
 prandium, in coenam, is nunc optima queq; obſonia,  
 optimos

optimos quosq; pisces penè dixerim, Murenas, acci-  
 penseres emit, ille qui olim omnium mensarum asse-  
 cla erat, is iam alios ad prandium, ad cœnam inuitat.  
 Vnde hanc subito metamorphosim, homini accidisse  
 putatis, sapientibus iudicibus sat dictum est. Accedit  
 hoc, quod cum antehac ad molestiam usq; cum Phania Arara cō-  
 fuerit, interim dum ducenti aurei desiderantur, ne se suetudine-  
 mel quidem adficiat. Quid multa? cum nuper cum Pha-  
 nia pranderet, homo iuni plenus, euomit sibi ciuem  
 quendam, ut oppido quam opulentum, ita per familia-  
 rem cognitum esse, cum hoc se breui diuidere uelle:  
 nam iniquum esse, huic tam multa superesse, sibi uero  
 tam multa decesse. Hic uero, uos appello iudices, an no  
 ille Phania sit, quo cum Verres ex æquo diuidere uo-  
 luerit? Quid moror? si uerum est, quod uulgo dici so-  
 let, Malus coruus, malum ouum, non dubito quin ille  
 autor furtis sit, cum tam auum quam proauum, patre  
 quam matrem, in eodem ludo doctos ad furtum habu-  
 erit. Hæ sunt coniecluræ, iudices prudentissimi, que  
 faciunt, ut Verrem, Phania meo uicino suos auricos  
 sublegisse suspicer, que si aliquid momenti habent,  
 oro, que est uestra iustitia, ut in illo exemplū edatis,  
 ne nostra bona, sui similibus lupis, prædæ sint. Dixi.

S T A T V S Finitius est, quum de rei alicuius  
 finitione certatur. Porro tractatur locis dialecticis,  
 à genere, differentia ductis.

Exempla. Cicero in nona Philippica.

At in quo fuit controv ersia? belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam uerborum. Potest enim esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italie finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. Gramus autem esse tumultum quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent: ita sit, quemadmodum dixi, ut bellum sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etenim cum inter bellum & pacem medium nihil sit, necesse est tumultum si belli non sit, pacis esse, quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de uerbo &c.

Exemplum alterum.

Aliquis sustulit è sacro pecuniam priuatam, queritur, an sacrilegium admissum sit.

**N**on possum satis mirari, iudices, homines nesci quo stupidos, Myconium Callidem idem sacrilegij reum peragere, quod nuper, nescio quibus furiosis impulsus, pecuniam priuatam è loco sacro surripuerit. Et ne multis, in re nulli nō exposita arguter si uerbum

bum ipsum sequi uolumus, intelligamus necesse est, eū  
 sacrilegium commississe, quirem sacram ē loco sacro  
 surripuerit. Audite obsecro audite sacrilegium fur=.  
 tum quidem est, sed non qualecunq; cuius rei igitur?  
 rei sacræ. Cum uero Myconius ille pecuniam priua=.  
 tam subtraxerit, iniurium istum sacrilegij condem=.  
 nari. An non uero iniurium est eum adulterij ac=.  
 cusare, qui cum sua ipsius uxore concubat? An  
 ne iniurium ei peculatus crimen obijcere, qui non era  
 rium Reipub. compilavit, sed qui alicui arcam numia  
 riam exenterari? An non igitur & iniuria maxima  
 est, eum ut sacrilegum, igni destinari? qui in loco qui=.  
 dem sacro furtum commisit, sed nihil sacri abstulit.  
 Veteres sane, huiusmodi fures appellarunt, sed sacri  
 legos non unquam. Quid igitur accusatores, omissa  
 uerbi propria significatione, non habito ueterum Iu=.  
 ris consultorum respectu, Myconium illum ut sacrile=.  
 gum traducuntē accusant? Vos iudices, qui non igno=.  
 ratis quemlibet pro sui delicti genere poenam dare  
 debere, queso, ne istis accusatoribus uocum, quibus  
 toties legum latores utuntur ignaris, patefaciatis au=.  
 res, reum istum furem esse negare non possum, sed sa=.  
 crilegū esse, fretus uocis proprietate, fretus legis lato=.  
 rū uetusīsimorū autoritate, inficiari merito possum.

STATVS QVALITATIS.  
 In hoc iure an iniuria factum sit, queritur.

Cuius Locī sunt.

Natura, lex, consuetudo, aequum & bonum, ius  
dicatum & pactum.

Exempla.

Exemplū oratio Ciceronis pro Milone suppeditat  
quod subiecisse, nisi me prolixitas deterriisset.

Exemplum meum.

**A natura.** Chremetem à Polyphemō occisum esse, inficias  
ire non possum, sed iure ab illo occisum, nisi proba-  
uero, quiduis patiar. Enim uero natura ita compara-  
tum est, ut sibi quisq; melius malit, quam alteri. Iam  
uerò cum Chremes Polyphemum nil tale suspicantē  
in foro, ferro prior opprimeret. Polyphemus quoq;  
ad arma uenit, & Chremes nullum ferendi, nec mo-  
dum nec finem faceret, uelletq; aut uincere aut uinci.  
Polyphemus se quam illum in columem uult, &

**A lege.** Chremetem obruncat. Accedit buc lex illa, nullis  
non iurisconsultorum libris prodita, uim ui repellere  
licet. Polyphemus cum ut uim repulerit, cur obsecro  
illum ad supplicium rapere uultis? Quid? quod ion-

**Ac consuetu.** go iam tempore, in hac urbe toleratum est, ut si quis  
ciuum uim à suo corpore depelleret, illi impune es-  
set. Exemplis agerem, nisi compertius esset, quam  
ut probato opus sit. Et, ut quod sentio dicam uidetur  
mihi non parum è Repub. uestra esse, quod non teme-  
re in illos animaduertuis, qui uim ui propulsant.

Equis

Ecquis alioqui uel in urbe tutus ageret? Ecquis tuto  
uter faceret. Iesu bone quanta ad grassandum  
fencistra Sicarijs illis aperiretur. De=  
nique memoria repeto, & ma=  
iores uestros, & uos sa=  
penumero T lice  
ram illis pro  
nunciasse,  
qui ui  
coacti, necem patrauerant

F I N I S.

ARGENTORATI EXCVDEBAT  
IOANNES ALBERTVS.

A 1318942  
ocn 902189423

